# *Samuelis Dale* PHARMACOLOGIÆ,

SEU

MANUDUCTIONIS

AD

MATERIAM MEDICAM

# SUPPLEMENTUM:

Medicamenta Officinalia

Simplicia priore Libro

omiſſa,

COMPLECTENS;

Ut & Notas Generum Characteriſticas,

Specierum Synonyma, Differentias,

& Vires.

*Cum duplici INDICE*

*Tam Pharmacologiæ ipſæ, quam Supplementi, altero Nominum & Synonymorum præcipuorum Latino, altero Germanico, in gratiam Tyronum.*

Juxta Exemplar Londinenſe,

1705.

---

*BREMÆ,*

Apud PHILIPPUM GODOFREDUM SAURMAN.

Anno MDCCVII.

# PRÆFATIO.

*Um in Præfatione ad ſuperiorem meum Librum ſuccinctam reddidi rationem cur Scientia Simplicium perquam neceſſaria fuit omnibus Medicinam facientibus, unà cum opinionibus antiquorum ſuper eâ re Medicorum, & quoniam rationes attuli quæ me potiſſimùm impulerunt ad illum Tractatum publici juris faciendum, ſupervacaneum*

*duxi ea repetere quæ ibiden dixeram, ſatis eſſe ratus, cer tiorem facere Lectorem de cauſis hoc opus in lucem e mittendi, & quæ adhibui au xilia in perficiendo eodem & conſummando.*

*Poſtquam Typis mandave ram priorem meum Tracta tum, Anno 1693. animad verti plurimas res medicas quæ jam tum cœperunt obti nere in uſu medicinali à me omiſſas, plurimi quoque libr eò ſpectantes tum tempori in manus inciderint qui non dum impreſſi fuerint, vel quorum ſaltem notitiam non dum habui. Verùm cum mihi*

*inno*

*innotuit ab aliquam multis etiam inge-
nioſis Librum meum æqui bonique ac-
ceptum fuiſſe in Regionibus exteris,
quin & inter peregre proficiſcendum ſe
llum non tantùm in* Gallia, & Hol-
landia, *verùm etiam in* Italia, *& in
ulterioribus* Germaniæ *oris, ſubiit
conſiderare* Supplementum *fore ne-
ceſſarium quo majori eſſet uſui aliis re-
gionibus, & cum iter jam feciſſet usq;
ad viciniam Græciæ, antiqui iſtius Sci-
entiarum Fontis, quod non è re foret
adjicere ex* Dioſcoride *exterisque
Pharmacopœis, quodcunque non adhuc
mpreſſum penes me fuit, & non quod
expectandum fuit usquedum Liber a-
iam requireret impreſſionem, ſed ſeor-
ſim continuò edendum.*

*Poſtquam non contemnendum jam
progreſſum feci in conſtituto ſubjecto,
certior ſum factus* Gallorum *Regem
mandaſſe ingenioſum, nullique ſecun-*

*dum Botanicum* D. Tournefortium *in* Græciam, *Inſulasque adjacentes ad inveſtigandas* Dioſcoridis *plantas; id quod effecit ut ad tempus deſtiti ab opere, ſperabam enim fore quod cùm inſignis iſte Vir redux fuiſſet, aliquid ſaltem in lucem ederetur ad dirimendam vexatiſſimam iſtam inter Botanicos quæſtionem de veris antiquorum Græcorum plantis: verum enimverò quamobrem viſum fuit præſtantiſſimo Botaniſtæ invidere Orbi literariæ, alium laborum ſuorum Orientalium fructum præter Corollarium, me ſane latet.*

*Operam dedi ut ubique de Materia Medica* Dioſcoridis *liquido conſtaret, atque adeò conſului præcipuos Authores qui de hoc Subjecto tractarunt, & quam preſſe potui adhæſi textui, ad ſuppetias etiam meas adhibere lubuit* Matthioli *Translationem, ut & Commentarium: in his libris concinnandis*

inivi

*inivi viam nemini perviam; qualis nulla (quod ſciam) ſit mentio in aliqua Lingua, ideoque tam vivos quam mortuos conſului, plurimos ſcilicet doctos, eoſque ingenioſos Viros, ſimul & Libros; quoniam verò neceſſe omninò fuit unicuique rei medicæ adjicere virtutes, verùm quandoquidem libri inſtitutum brevitatem exigit, atque adeò ut in Epitomen redigeretur, hoc in cauſa fuit quod eoſdem excerpſi ex Authoribus qui id mihi effectum dederunt: verùm ne Jovis Corvi ad inſtar furtivis me efferrem plumis, mihique plus tribuerem quam par eſt, quam meritus ſum, ad calcem uniuscujusque tranſcriptionis impoſui Authoris nomen unde mutuo accepi, notas ſcil. characteriſticas, eaſque præſertim ex operibus nuperi mei vicini, & amici longe colendiſſimi, Digniſſ. & Solertiſſ.* D. Joan. Raii, *jam nunc,*

*ut fas eſt credere, in gloria, nec non à Pharmacopœia* Schroderi; *undè accidit quod nonnulli perperàm exiſtimavere primum Volumen nihil aliud eſſe quam tranſcriptum ex iſtiuſmodi Authoribus; & non opus (ut revera eſt) prorſus novum.*

*Hoc mihi potiùs in gloriam cedit, quam in vituperium, ideoque lubens agnoſco me ſæpe ſæpius amicos quoſdam, dum opus moliebar, conſuluiſſe, quorum nonnullos memini, nec immeritò in Præfatione ad primum Volumen, nec opus eſt illos hoc in loco repetere, ſed eò referam Lectorem meum ut illorum nomina illi innoteſcant; quibus addere licet* D. Guil. Sherard LL. D. *qui jam Conſul agit Smyrnæ pro Societate Turcica,* D. David Kreig M. D. D. Jacobum Petiver, & D. Finch, *Pharmacopœas* Londini.

*Nomi-*

# *Nominum abbreviatorum Dilucidatio.*

A. Litera margine poſita indicat Mineras, Plantas, & Animalia illa, quibus præfigitur Angliæ alumna eſſe.

*Act. Philoſ.* & *Tranſact. Philoſ.* Acta Philoſophica Regiæ Societatis Londinenſis.

*Agricol.* Agricola de Re Metallica.

*Aldrov.* Aldrovandus.

*Alpin.* Proſperus Alpinus.

*Amman.* Pauli Ammanni Munuductio ad Materiam Medicam.

*Ang.* & *Anguil.* Aloyſius Anguillara.

*Bellon.* Bellonius.

*Bocc.* Paulus Boccone in deſcriptione Plantarum rariorum Siciliæ, &c.

*Bod.* Joannis Bodæi à Stapel Comment. in Theophraſti Hiſtoriam.

*Boet.* Boetii de Boot Gemmarum & Lapidum Hiſtoria.

*Bonan.* Bonanni Recreatio mentis & oculi.

*Bont.* Jacobus Bontius in Hiſtoria Naturali Ind. Orient.

*Breyn. Cent.* Jacobi Breynii Centuria; *idem Prod.* 1. & 2. Prodromus primus & ſecundus ejuſd.

*Breyn. Diſſert. Bot.* Joannis Philippi Breynii Diſſertatio Botanica.

*Cam.* Camerarius.

*Camel. Syllab.* Georgii Joſephi Camelli Stirpium Inſul. Luzonis, &c. Syllabus.

*C. B.* Caſpari Bauhini Pinax. *C. B. prod.* Prodromus ejuſdem. *C. B. Theat.* Theatrum ejuſd.

*Cat. Angl.* & *Cat. Plant. Angl.* Joannis Raii Catalogus Plantarum Angliæ.

*C. C.* Catalogus Plantarum circa Cantabrigiam naſcentium ejuſd.

*C. Jamaic.* & *Cat. Jamaic.* Hans Sloanii Catalogus Plantarum Jamaicenſium.

*Cæſ.* & *Cæſalp.* Andreas Cæſalpinus.

*Chab.* Dominici Chabræi Stirpium Sciagraphia.

*Charlt. ex.* Gualteri Charltoni Exercitatio-

tiones de Differentiis & Nominibus Animalium.

*Cluſ.* Carolus Cluſius.

*Col.* & *Colum.* Fabius Columna.

*Commel. in not.* Joannes Commelin in Notis ad Hortum Malabaricum.

*Commel. Prælud. Bot.* Caſpari Commelini Præludia Botanica.

*Dioſc.* Pedacius Dioſcorides Anazarb.

*Dod.* Remberti Dodonæi Pemptades.

*El. Bot.* Joſ. Pitton Tournefort Elementa Botanica.

*Ephem. German.* Ephemerides Germanicæ.

*Flo. Lugd. Bat. Flo.* Floræ Lugduno-Batavæ Flores.

*Gal.* & *Galen.* Galenus.

*Garz.* Garziæ ab Horto Aromatum Hiſtoria.

*Gaz. Pet.* Jacobi Petiverii Gazophylacium Naturæ & Artis. Dec. 1. 2. 3. 4.

*Ger.* & *Ger. emac.* Joannis Gerardi Hiſtoria Plantarum emaculata.

*Geſn.* Conradus Geſnerus.

*Herm.* & *Herm. Cat.* Horti Lugduno-Batavi Catalogus, Paulo Hermanno.

*Hern.* Franciſci Hernandez Plantarum, Ani-

Animalium, &c. Mexicanorum Hiſtoria.

*Hoffman.* Caſparus Hoffmannus de Medicamentis Officinalibus.

*H. Beaum.* Catalogus rariorum Horti Beaumontiani, à Kiggelario editus.

*H. M.* Hortus Malabaricus.

*H. Ox.* Roberti Moriſoni Hiſtoria Plantarum Oxonienſis. Pars. 2. & 3.

*Imperat.* Ferrandus Imperatus in Hiſt. Nat.

*J. B.* Joannis Bauhini Hiſtoria Plantarum. 3. Voll.

*Jonſ.* Joannis Jonſtoni Hiſtoria Animâlium.

*Jonſ. D.* De Arboribus ejuſdem.

*Laet.* & *de Laet.* Joannis de Laet de Gemmis & Lapidibus.

*Liſter.* & *Liſt. Hiſt. A. A.* Martini Liſteri Hiſtor. Animalium Angliæ; *idem icon,* & *Hiſt. Conch.* Hiſtoria Conchyliorum ejuſdem.

*Lob.* & *Lobel.* Lobelius in Adverſaria &Obſervat.

*Marg.* & *Marck.* Georgii Marcgravii Hiſtoria Naturalis Braſiliæ.

*Matth.* Petri Andreæ Matthioli Commentarius in Dioſcoridem.

*Mer.*

*Mer. P.* & *Mer. Pin.* Chriſtophori Merrett Pinax Rerum Naturalium Britannicarum.

*Mor. Præl ud.* Roberti Moriſoni Præludia Botanica.

*Mor. umb.* idem in umbelliferarum diſtributione.

*Mouff.* Thomæ Mouffeti Theatrum inſectorum.

*Munt.* Abrahamus Muntingius in Aloiderio, Herba Britannica.

*Muſ. Reg. Soc.* Muſæum Regiæ Societatis.

*Muſ. Pet.* Jacobi Petiverii Muſæum.

*Offic.* Nomina uſitata in Officinis denotat.

*P. B.* Phytologia Britannica.

*P. B. P.* Paradiſi Lugduno-Batavi Prodromus.

*P. Al.* Leonardii Plukenetii Almageſtum Botanic.

*P. Mant.* Mantiſſa ejuſdem.

*P. P.* Phytographia ejuſdem.

*Park.* Joannis Parkinſoni Theatrum Botanicum; *idem. Parad.* Paradiſus ejuſdem.

*Parad. Bat.* Pauli Hermanni Paradiſus Batavus.

*Plin.*

*Plin.* C. Plinius ſecundus in Hiſtoria Naturali.

*Piſ.* & *Piſon.* Guil. Piſonis Hiſtoria; *idem Mant.* Mantiſſa Aromatica ejuſd.

*Rauvvolf.* Leonardi Rauwolfii Itinerar. in Orient.

*R. Cat.* Joannis Raii Catalogus Plantarum Angl.

*R. D.* Dendrologia ejuſdem.

*R. H.* Hiſtoria Plantarum ejuſd. 3. Voll.

*R. Meth.* Methodus Phantarum nova ejuſdem.

*R. Meth. A.* Eadem emendata & aucta, ejuſdem.

*R. Ornith.* Franciſci Willougbæi Ornithologia, à Joanne Raio edita.

*R. Ichth.* Franc. Willoughbæi Ichthyologia ejuſd.

*R. Synop. Animal. & H. Animal.* Joannis Raii Synopſis Animalium.

*R. Synop.* Synopſis Plantarum ejuſd.

*Rivin.* Auguſti Quirini Rivini Introductio ad Rem Herbariam.

*Rondel.* Rondeletius.

*Ruel.* Joannes Ruellius.

*Salv.* Salvianus.

*Scalig.* Scaliger.

*Schrod.* Joannis Schroderi Pharmacopœia.

*Schvvenck-*

*Schwenckfeld.* Schwenckfeldius.
*Sibbald.* Roberti Sibbaldi Balenalogia nova
*Syen. in not.* Arnoldus Seyen in notis ad Hortum Malabaricum.
*Theoph.* Theophraſti Ereſii Hiſtoria Plantarum.
*T. Coroll.* Joſephi Pitton Tournefort Corollarium Inſtitutionum Rei Herbariæ; *idem Inſt.* Inſtitutiones Rei Herbariæ ejuſdem.
*Trag.* Hieronymus Tragus.
*Turn.* Turnerus.
*Volck.* Jo. Geo. Volckameri Flora Norimbergenſis.
*Uſu.* In uſu ſunt.
*Worm.* Wormii Muſæum.

## *Spatii loco adjecti ſunt aliquot Libri Med. qui Bremæ in Bibliopolio reperiuntur Saurmanniano.*

ALdrovandi Dendrologia fol.
Argenterii Opera Medica fol.
.ugenii Scripta Medica fol.
.habræ Icones Stirpium fol.
.auderoni Pharmacopœa fol.
.ertini Medicina fol.

Cru-

Boneti Medicinæ Septentrional pars ſecunda.
Crucii de Arte Medicina fol.
Fabricii Opera Anatomica, cum fig. fol.
Foreſti Opera omnia Medica fol.
Forti Conſultat.& Reſponſiones Med. fol.
Fuchſii Opera Medica, fol.
Galegii Opera Phyſico-Medica fol.
Hoffmanni Scripta Medica fol.
Horſti Opera Medica fol.
—— Diſpenſatorium fol.
Laurentii Scripta Medica fol.
Libavii Syntagma Alchymiæ fol.
Lipenii Bibliotheca Medica fol.
Mermanni Conſultat. & Reſponſ. Medica, fol.
Pariſanus de Microſcomicæ ſubtilitate fol.
Saxoniæ Tr. de Medicina pract. fol.
—— —— Pulſibus fol.
Schenckii Obſervationes Medicinales fol.
Scholtzii Conſilia Medica fol.
Sommerhofii Lexicon Pharmaceutico-Chymicum fol.
Sorbaiti Opera Medica fol.
Vidii Ars Medicinalis fol.
Wechtleri Homo oriens & occidens fol.
Zacchiæ Quæſtiones Medico-Legales fol.
Zwelferi Obſervationes ad Pharmacopœam Auguſt. fol.

PHARMA-

# PHARMACOLOGIÆ,
SEU
*Manuductionis ad Materiam Medicam,*
# LIBER PRIMUS.

## SECTIO PRIMA.
De
## Aquis Medicamentoſis.

### I. *Aquæ Simpliciores.*

Pag. 40. poſt lin. ult. adde:

N. 1. Ad quæ aqua ſine peculiari mentione alterius, e. g. pluviæ, &c. recipi jubetur.

N. 2. Præfertur inter fontanas quæ fluit ab Oriente ad Occidentem, quæ decurrit à montanis locis altioribus, item quæ viſu, guſtu & olfactu, pura, clara, tenuis, levis, ac ſincera deprehenditur, ut & quæ citò incaleſcit, & citò refrigeratur; quæ Hyeme calidior; æſtate frigidior. Aquam hanc in-

jecto pane toſto corrigere, ægrotisque, loco potus ſat grati concedere noſtrates conſueverunt. *Schrod.*

Lotiones in aqua fontana, ſeu Balnea frigida Veteribus in frequenti uſu fuiſſe ad varios morbos ſanandos legimus; nuperrimè etiam plurimum commendantur à medicis nonnullis eruditis; inter quos eminet D. *J. Floyer*, *Equ. Aurat.* M. D. ſcripto non ita pridem libello de eorum uſibus, titulo *Antiquæ Ψυχρολυσίας redivivæ*, &c. in quo p. 22. & 23. Catalogum exhibuit Morborum Aquis Balnearum *Sti. Chaddi* prope *Lichtfieldiam* ſanabilium.

Balnea autem frigida in quatuor genera dividit, *viz.* 1. eſt eorum quæ moderatum obtinent calorem, uno tantùm gradu corporis noſtri humoribus minorem; cujuſmodi ſunt Balnea frigida *Buxtoni* in *Derbia* & *Briſtoliæ* in *Somerſetia.* 2. Aquæ fluviatiles æſtivo ſole calefactæ. 3. Aquæ fontium frigidiſſimorum, quales ſunt *S. Winifridæ* in Com. *Flint*, & *Serbach* in *Lancaſtria*, *S. Chad* ſupradictæ, &c. 4. Fontes frigidi minerali quodam imprægnati, ut 1. Sulphuris fœtidi fontes, cujuſmodi ſunt *Godshallæ* in *Staffordia* & D. *Nath. Curſoni* Equ. Aurat. prope *Derbiam.* 2. Aquæ Vitriolicæ. 3. Aquæ vitriolo Cupri infectæ. 4. Fontes Salini & Aqua Marina. 5. Aquæ petrificantes, ut *Newnhamenſes* in *Warwicenſi* Comitatu, &c. 6. Aquæ bituminoſæ, ad *Millow-Bridge* in *Staffordia*, &c. 7. Aquæ Nitroſæ purgantes. 8. Aquæ plumbo imprægnatæ, ad

*Holy-*

*Holy-Well* &c. 9. Aquæ Stannoæ in *Devonia* & *Cornubia*. 10. Alabaſtrites, ut prope *Tutbury* in *Staffordia*. 11. Aquæ margâ tinctæ, ut quæ prope *Hinchley* in *Leiceſtria* habentur. 12. Aquæ calce imbutæ, ut quæ prope *Verulamium* in *Hartfordia*, & *Walshall* in *Staffordia* occurrunt. Qui plura velint, librum ipſum conſulant: Quem in Latinum verſum in *Hollandia* impreſſum iri audio.

Præter morbos prædictos *S. Chaddi* aquis ſanabiles, aliæ plurimæ medelæ inſignes Balneis frigidis effectæ, per totum librum memorantur, quarum multæ ab eruditis medicis hodie viventibus obſervatæ ſunt.

A. 2. Aqua Putealis *Offic.* Brunnen-Waſſer. Fontana vilior, & crudior ut plurimum habetur; eò quod ponderoſior plerumque ſit ac linguam magis feriens. Verùm ſi ex vivis ſcaturiat ſcaturiginibus, reliquiſque bonitatis ſignis abundat; illius vices ſubire haud inepta eſt.

A. 3. Aqua fluviatilis *Offic.* Fluß-Waſſer. Quod radiis ſolaribus expoſita fuit, magis habetur digeſta quidem, quam putealis: Verumtamen in uſurpatione ejus, non erit inutile, ſpectare, unde originem trahat, quóque perlabatur.

A. 4. Aqua Paluſtris *Offic.* Sumpficht Waſſer. Peſſima omnium cenſetur, adeóque à Medicina eliminanda.

Pag. 41. lin. 4. poſt Verbum *fit* adde:

Aquam marinam in receptacula Saltz-Gruben/

ben/Salʒ-Pfannen dicta infundunt, ubi Sôlis calore coagulatur. Pro modis conficiendi Vid. *Act. Philoſoph. Lond.* n. 51.

*Joannes Speed* Salis cujuſdam meminit à lateribus lapidum quorundam in fluvio *Were* juxta *Butterbeck* prope *Dunelmum* jacentium exeuntem, qui Sôlis calore, æſtivo tempore, ab aqua ſalſa rubente refluxûs marini tempore in Salem candidum induratur. A. *Camdeno* quoque memoratur in *Britannia* p. 744. his verbis: *Inde* Vedra *decurrit, crebrò eminentibus ſaxis interpolatus, quibus ſi aqua infundatur, parumque miſceatur, ſalſam imbuit qualitatem.*

Pag. 41. lin. 5. poſt verb. *transportatur* adde:

Alium Salis ex aqua marina conficiendi modum *Lemingtoniæ* in Comitatu *Hantoniæ* uſitatum, ab inſula cui inædificatur oppidum iſtud, nomine Port See-Salʒ dicti meminit D. *Joan. Collins* in Tractatu ſuo *De Sale & Piſcatura* p. 18. Aquam ſcilicet marinam in Vaſa, Salʒ-Pfannen dicta infundunt, ubi primò Solis calore paulùm evaporatur, poſtea ignis vi excoquitur, Sal purgatur & coagulatur.

Quinetiam Salis Genus ex aqua marina coquendo efficitur, cujus parandi modus apud *Shields* prope *Novum Caſtrum* uſitatus, (quod genus *Sal Novo caſtrenſis* i. e. Salʒ von NeuCaſtle/ inde dicitur) ut & in comitatibus *Dunelmenſi* & *Northumbrico* à D. *Collins* libro prædicto p. 10. quo lectorem refero.

Sal

Sal inſuper in *Lancaſtria* ex arena marina elicitur; modum videſis apud clariſſimum *A. Joan. Raium in Vocum Anglicarum localium Sylloge* Ed. 3. p. 209. *Camdenum* in *Britannia* p. 753. his verbis deſcriptum: *In ora hâc maritima multis in locis ſabuli cumulos videas, quibus aquam ſubinde infundunt, donec ſalſuginem contraxerit, quam poſtea ſubditis glebis in candidum ſalem excoquunt.* Nec in *Lancaſtria* tantùm ſed in *Hantonia* ut à prædicto *D. Collins* p. 15. certiores facti ſumus.

A. 6. Aqua pluvialis *Offic.* Regen-Waſſer. Eſt aqua levis linguamque minùs feriens, fontanæ vicariæ, utimur eâ ut plurimum deſtillatâ. Sunt qui præferunt imbres à Meridie advolantes, vel ab Oriente, utpote quas radiis ſolaribus magis imprægnatas & digeſtas arbitrantur.

A. 7. Aqua Nivea *Offic.* Schnee-Waſſer. Pluviali affinis eſt, magíſque penetrans, adcóque & ad ſudorem movendum non ineſficax, quas vires naturæ ſalinæ acceptas refert, quâ præ reliquis abundat, vi frigoris condenſata. *Vires.* Odontalgiam pertinaciſſimam aquâ niveâ fuiſſe domitam ſcribit *Zacut.*

Pag. 41. lin. 23. adde:

*Vires.* Vim habet laxandi, reſiſtit ictibus animalium venenatorum, collectus ab herbis ophthalmicis oculorum affectibus convenit. *Witeel in Schrod.*

## II. *Aquæ Minerales.*

Pag. 41. lin. ult. ſubjunge:

Hæ à vicino noſtro D. *Ben. Allen*, M. B. in *Hiſtoria* ſua *Chalybeatarum & purgantium aquarum Angliæ* in duo genera dividuntur. 1. eſt earum *quæ copioſum Salem nitroſum continent*, quales ſunt quæ ad *Leez*, *Witham*, & *Markshall* in *Eſſexiæ* comitatu, *Knaresborough* in *Eboracenſi* provincia, *Ilmingtoni* in *Warwicenſi* agro & *Aylesham* in *Norfolcia* occurrunt. 2. *Acidulæ* ſeu *Chalybeatæ leviores*, ut *Tunbridgenſes* in *Cantio*, *Wellingburgenſes* in *Northamptonia*, *Islingtonienſes* prope *Londinum*, *Felſtedenſes* in *Eſſexia*, & *Oultonenſes* in *Norfolcia*.

Prædictus Autor tertium adhuc Genus harum aquarum conſtituendum arbitratur, cui *Acidochalybeatarum* nomen convenire cenſet. Hujus generis characteriſticam facit: *Quod ponderoſiores ſint, coloris ſui tenaces, quod mineræ minùs, plus ſpiritûs contineant, quodque cum gallis colorem Ceraſi inſtar rubentem reddant, ad modum Spirituum Vitriolicorum.* Hanc claſſem eſſe ad quam *Markshallenſes* & *Knaresburgenſes* propriè & peculiariter pertinent. Hanc diviſionem inſtituiſſe ſibi in animo fuiſſe affirmat, verum ob nimiam feſtinationem memoria excidit membrum hoc tertium & omiſſum eſt.

Pag. 42. lin. 4. ſubjunge:

Hæ etiam à prædicto Autore in 3. ſpecies dividuntur, 1. *Seleniticæ*, quæ *Epshamiæ* in *Surreia*,

reia, *Actoni* & *Kenſingtoniæ* in *Middleſexia*, & *Colceſtriæ* in *Eſſexia* ſcaturiunt. 2. Quæ in terra lutoſa æquabili exiſtunt ut ad *Richmond*, *Lambeth*, & *Surreia*, *Dulwich* in *Cantio*, *Northall*, & *Barnet* in *Hartfordia*, *Upminſter* & *Brentwood-Weal* in *Eſſexia*. 3. Quæ chalybeatam admixtam habent, ut *Scarburgi* in *Eboracenſi* Comitatu, & ad *Woodham Ferrers* in *Eſſexia*.

Quod ad vires & uſus prædictarum mineralium aquarum attinet eas in libro prædicto requirendas omitto.

---

# SECTIO SECUNDA.

## De Terris Medicamentoſis.

### I. *De Bolo.*

Pag. 43. pro 3. & 4. Specie adde:

3. Bolus Toccavienſis *Offic. Charlt. Ex.* Tockayſcher Bolus. Notas Boli Armenæ veræ habet, & inſtar butyri in ore liqueſcit. In *Tranſylvania* ad *Toccaum* ſeu *Tockai* effoditur. *Vires.* In Catarrhis & peſte valdè commendatur. A *Cratone* in uſum medicum fuit traductum, qui eam præferat Armenæ, quæ Imperatori ex *Turcia* allata erat. An à priore differat neſcio.

Pag. 43. lin. ult. adde:

4. Bolus candidus *Offic.* candidus Lignicenſis ſeu Terra ſigillata Goltbergenſis *Charlt. Ex.* Axungia Lunæ *Chymicis* weiſſer Bolus.

Effoditur ad Goltbergam in Ligies, & Str
gonium. *Vires.* Capitis dolores mulcet
mitigat, cerebrum roborat, Diarrhœæ & D
ſenteriæ medetur, albumque Uteri fluore
peculiari vi curat.

## II. De Argillis.

Pag. 45. lin. 2. ſubjunge:

3. TErra Lemnia alba *Offic. Worm. Charlt. Ex* weiſſe Lemmniſche Erde. Aliquantulur tenax & lubrica eſt, ob pinguedinem, ade ut linguæ adhæreat ſine mordacitate. Si i aqua reſolvitur, ſimilis erit molli ceræ. In In ſulæ Lemno eruitur. *Vires.* Sanguinis e Utero profluvia, & fluxus muliebres compe ſcit, venenis morbiſque malignis reſiſtit; ra bidi canis morſui medetur.

4. Terra Eretria *Offic. Charlt. Ex.* Eretrianiſche Erde. Duæ ſunt Eretriades, una alba eſt altera cinericea. Optima habetur ad cineri ceum colorem vergens perquam mollis: qua ſi per æramenta tracta tractim ducatur line am violaceam refert. *Vires.* Vim habet ad ſtringentem, & refrigeratoriam, leviter mol lientem: cava explet, & ſanguinolenta con glutinat. *Dioſc.*

5. Pnigites *Offic. Charlt. Ex Worm.* Terra Pnigites *Dioſc.* ſchwartze Erde. Pinguis eſt, ſpiſſa, mollis, nigra, adſtringens & acris valdè, ſapore Vitriolum refert. *Vires.* Eoſdem effectus habet quos Cimolia, paulo tamen infirmior eſt. *Dioſc.* Partibus diverſis conſtare affirmat *Wormius.*

Pag. ead. lin. 10. poſt *Vulgò* adde:
Sive Terra Strigenſis. Sigillata Strigoniana *Charlt Ex.* Sileſiaca ſigillata qui Chymicis Axungia Solis dicitur *ejuſd.* Terra ſigillata Sileſiaca, ſive Terra ſigillata Germanica, Sigillum Strigonienſe, Axungia Solis Chymicorum *Worm.*

Pag. ead. lin. 11. poſt Erde ſubjunge:
Strigiſche Erde. Terra eſt lutei coloris, ad flavedinem vergens, pinguis, viſcoſa, inſtar butyri in aqua vel ore diffluens. *Vires.* Cum Terra Lemnia viribus convenit, ſed efficacior. Magnopere laudatur à *Sennerto Lib. de peſte.*

8. Terra Turcica *Offic.* ſigillata Turcica *Schrod.* Paſtilli Turcicis characteriſtis inſigniti *Worm.* Türckiſche Erde. Color internus totius maſſæ cinereus. *Vires.* Pro terra Lemnia communiter venditur, cujus viribus reſpondet.

9. Terra ſigillata Livonica *Offic. Worm. Charlt. Ex.* Lieflándiſche Siegel-Erde. Rubicundior eſt quàm Terra Sileſiaca. *Vires.* Valde adſtrictoria eſt; ideoque in Dyſenteria, Diarrhœa aliisque profluviis commendatur.

Pag. 47. lin. 28. adde:
13. Terra Chia *Offic. Charlt. Ex. Worm.* Erde aus der Inſul Chios. Ex Inſula Chio allata eſt terra cruſtoſa, candida, vergens ad cinereum, Samiæ ſimilis. *Vires.* Ad rugas abſtergendas, ad ambuſta aliaque ad quæ Samia commendatur. *Worm.* Ejus loco ſubſtitui poteſt vel Samia vel Cimolia alba.

## III. De *Marga*.

Pag. ead. lin. 15. adde:

A 1. Marga *Offic. Schrod. Mer. P.* Steinmarck Mergel. Variæ ſunt ſpecies & colores, ut ruffa, griſea & lutea. Eſt portio quædam pinguis & quaſi medulla in ſaxis nonnullis dum franguntur reperta. *Vires.* Siccat, adſtringit, conſolidat, ſarcotica eſt, tartarum, ſanguinemque coagulatum reſolvit. *Schrod.*

2. Marga ſaxatilis cinerea *Offic. Worm.* Goſlarica *Agricol.* Aſchfarben Marck. In ſaxorum cavitatibus & fiſſuris reperitur.

Cinerei eſt coloris, ex cruſtis craſſis conſtans, ſapore acidiuſculo. *Vires.* Adſtringentem & Emplaſticam vim habet, ſanguinis profluvium ſiſtit. Externè cum Terra Samiâ viribus convenit.

3. Marga ſaxatilis incarnata *Offic. Worm. Charlt. Ex.* Fleiſch färbicht Marck. Ex montibus Bohemicis & Lygiis allata. Terra eſt pinguis & lubrica, colore incarnato, ponderoſa, linguæ adhærens, digitos ſubluteo colore tingens. *Vires.* Prodeſt ruptionibus, fracturis, fluxionibus, Hæmorrhoicis Dyſentericis; venenis morbiſque peſtilentibus reſiſtit.

4. Marga candida *Offic.* Feroenſis *Charlt. Ex.* ex inſulis Feroenſibus *Worm.* Stenomarga *Agricol.* Agaricus mineralis *Imper.* Lapis Morochthus *Boet De Laet.* Lac Lunæ *quibuſdam* Weiſſer Stein Marck. In Germania reperitur.

ur. Subſtantia eſt fungoſa, alba, friabilis. *ires.* Refrigerat, adſtringit, Sanguinis eru- tiones ſiſtit.

A. 5. Lapis Morochthus *Offic. Boet.* Moroch- hus *De Laet.* Morochthus aliis Leucogæa, eucographis, Galaxius, Graphida, Galacti- es *Worm. Charlt. Ex.* Weiſſer Marmor. Eſt ubſtantia mollis, lubrica, colore varians, vi- idis, aliquando alba, nigra, vel mellis. Re- eritur in Anglia, Saxonia, Ægypto, &c. *Vi- es.* Convenit iis qui ſanguinem expuunt, œliacis, & veſicæ doloribus, ad fluxus ma- ricis commendatur. Ulcera oculorum ſa- at. *Dioſc.*

6. Lapis Galactites *Offic. Boet. de Laet.* Milch- Stein. Subſtantia eſt molli, cinerei coloris, uſtu dulcis. Invenitur in Saxonia. *Vires.* audatur ad fluxiones oculorum, & ulcera *Dioſc.* Nutricum Lac auget *Boet.*

7. Lapis melitites *Offic. de Laet. Boet.* Honig- Stein. A Galactite tantum colore & dulcedi- e differt. *Vires.* Ejuſdem cum Galactite ef- ectûs *Dioſc.* Abſtergere paulo magis ac paulo alidior Galactite videtur *Galen.*

*Inter* Morochthum, Galactitem & Melititem *oc diſcriminis ponunt, quod* Morochthus *lacteum ccum edat, abſque mellis dulcedine, nec albus, nec ci- ereus exiſtens.* Galactites *vero albus vel cinere- s eſt, lacteum ſuccum ſine mellino ſapore promens.* Melitites *vero vario colore, ſuccum lacteum mellis lulcedine exhibet.* Sic *Wormius*, verum has tres *Jo. de Laet.* lib. *de Gemmis & Lapidibus* p. 142 in- ter

ter ſe differre ſtatuit, & hoc modo diſtinguit. *Qui igitur cinereo colore conſtat aut nigro,* Galactites *fuerit: qui flaveſcit, mellis ſimilitudinem etiam in colore referens, merito dici poſſit* Melitites: *ſubviridis autem* Morochthus. *Nitet autem gemmæ inſtar* Morochthus *magis quam cæteri.*

8. Lapis Thyites *Offic. Boet. de Laet.* Grün-Stein. Subviridi eſt colore, Iaſpidem imitatus, cum diluitur tamen lacteum ſuccum reddit. Vehementer mordet. In Æthiopia gignitur. *Vires.* Tenebras, quæ pupillis obverſantur, expurgat *Dioſc.*

Thyites *Dioſcoridis* quid fuerit nobis incognitum eſt. At neque ſuperioris ſeculi ſcriptoribus meliùs intellectum. *Fuchſius* lapidem Turcicum eſſe exiſtimat, cujus opinio à *Matthiolo* bene refutatur, ad quem lectorem remitto. *Agricola lib. 6. de Nat. Foſſil.* à Morochtho nihil differre judicat.

## IV. De Creta.

Pag. 50. lin. 18. adde:

**A.** 3. Plumbum nigrum *Offic.* Nigrica fabrilis *Mer. Pin. Charlt. Ex.* An Creta nigra mollis & dura argenteis maculis nitens *Kentman?* ſchwartze Kreiden. Invenitur in fodinis. Mollis eſt, ſed tamen conſiſtentiæ firmioris, lævis & ſplendens, non petroſa, in fruſta variæ magnitudinis diviſa. *Vires.* Refrigerat, ſiccat, repellit. Uſus præcip. adverſus ſtrumas tumoreſque frigidos & Phlegmaticos. Ad ducendas lineas, & monochromata à Pictori-

toribus & fabris uſurpatur. N. B. *Optima* *enſetur quæ invenitur in* Anglia, *quæ ex* Hiſpa-nia *adfertur fragilis eſt, peſſima quæ ex* India Orien-tali *advehitur.*

4. Creta Selenuſia *Offic.* Selenuſia Terra *quibuſdam.* Selenuſiſche Erde. Maxime lau-datur, quæ vehementer reſplendet, candida, friabilis & humore dilui celerrimo. *Vires.* Sic-cat & aſtringit, ad ulcera commendatur.

---

# SECTIO TERTIA.

## De Sulphuribus Medicamentoſis,

### *III. De Bitumine.*

Pag. 54. lin 8. adde:

W*Ormius* Gagatem duriorem tantùm lapidis ſpeciem facit, cumque expolitur à *Plinio* Gemmam Samo-thraciam, à *Nicandro* Lapidem Thra-cium, à nonnullis lapidem Obſidianum voca-ri ait.

A. 2. Lithanthrax *Offic. Mer. Pin.* ſeu Car-bo foſſilis *Charlt. ex Boet.* Carbo foſſilis ſeu Lithanthrax *Worm.* Stein Kohlen. In agro *Derbienſi*, &c. reperitur. *Vires.* Exſiccandi & di-gerendi vi pollet *Worm.*

Pag. 54. lin. 19. adde:

4. Lapis Thracius *Offic.* Thraciſcher Stein.

Naſci-

Naſcitur in flumine quodam *Scithiæ*, cui *Ponto* nomen eſt. *Vires*. Vis ei Gagatis *Dioſc.*

Variæ inter Authores occurrunt opiniones de hoc lapide. *Matthiolus* hiſtoriam ejus ex *Galeno* his verbis tradit: *Eſt & alius lapis, cujus meminit* Nicander *hunc in modum,*

*Si lapis uratur candenti Thracius igni, &*
*Poſt madefiat aqua, flagrabit totus: at idem*
*Mox oleo affuſo, penitus reſtinguitur: adfert*
*Thracius hunc ad nos paſtor de flumine, nomen*
*Cui Pontus,* ----

*Verum nullus ejus in medicina uſus: neque* Nicander *præter graveolentiam, quæ ſuffitu feras fugat, quicquam ei adſcripſit).* Verùm fabuloſum potiùs quam verum eſſe concludit; cum nec à ſeipſo nec ab amicorum quoquam in *Italia* inveniri potuerit. *Boetius de Boet* nonnullos eum pro Gagate, alios pro Lithanthrace habere ait. In Officinis noſtris *Anglicanis* hodienum incognitus eſt. Verùm cum *Dioſcorides* Gagatis vires ei atribuit, Gagates pro eo ſubſtitui & uſurpari poteſt.

Pag. 56. lin. 4.

Ex hoc Bitumine, addito olei Aniſi tantillo Pharmacopolæ noſtri Londinenſes *Balſamum Chilenſis* nomine celebratum conficiunt.

# SECTIO QUARTA.

## De Salibus Medicamentoſis.

### I. *De Sale Communi.*

Pag. 59. lin. 24. poſt *pollet* ſubjunge:

MOdus excoquendi Salem ex aquis fontium Salinorum in *Ceſtria*, *Wigornia* & *Staffordia* deſcribitur à doctiſſimo viro & amico noſtro D. *Joan. Raio* in *Sylge Vocum Anglicarum* p. 204. Item in *Actis Philoſoph. Lond.* N. 53. 54. 142. & 156. Necnon à D. ...llins Tractatu *de Sale & Piſcatura* p. 5. & D. *Plot. ...iſt. Nat. Stafford.* p. 93.

Hoc in loco addere poſſem modum purificandi Salem, qui fit vel diſſolvendo Salem ...ſpeum vel Salem marinum Gallicum in a...a marina, deinde coquendo, clarificando, in granula coagulando, prout in *Eſſexia* ...miniſtratur: idem fere eſt cum Salis *Ceſtriſis* depuratione.

*Marburiæ* in *Ceſtria*, Anno Dom. 1670. detea eſt Petra Salis Nativi, unde emanat liquor ...ſus valdè acutus. Petra hæc inter 33 & 34 ...nas noſtræ menſuræ à terræ ſuperficie aſ...rgit, eſtque duritie & puritate Alumini par, ...que pulverem comminuta in ſalem candi...um & acutum abit. Qui plura de hac rupe ...ire deſiderant *Act. Philoſoph. Lond.* N. 66. ...nſulant. Ex hoc ſalis genere ex *Ceſtriæ*

co-

comitatu per mare ad nos delata prope *Camalodunum* efficitur Sal ille, qui apud *Eſſexenſes* Saltz auff Saltz. i. e. Sal ſuper Salem, ſeu Sal ex Sale dictus.

Aqua è fontibus ſalinis mediterraneis ad ſiccitatem excoquatur, rurſus ejus Sal tantillo aquæ fontanæ diluatur, criſtallos verè cubicas dat (*ut ſcribit clariſſimus* D. Mart. Liſter D. M. *in exercitatione ſua de Fontibus medicatis Angliæ* p. 4.) in medio verò ſuperiore latere, ſive plano, velut quædam perſpicuitas, puta à materiæ deficientia ſive inanitate habetur: reliqua autem quinque latera ſolida & albida ſunt.

Idem etiam laudatiſſimus Autor obſervat, quòd non obſtante proxima affinitate, quæ inter Salem puteorum mediterraneorum & marinum intercedit, eos tamen ſpecie inter ſe differre: ſiquidem anguli cryſtallorum ſalis puteorum mediterraneorum integri ſunt, ut dictum; cum anguli cryſtallorum genuinæ ſalis marini, aut eorum ſaltem aliqui in plana triangularia abſciſſi ſunt, ab uno cuborum latere: undè colligit aquam marinam ab omnibus aliis aquis diſtinctam eſſe. Qui plura de his velit eundem doctiſſimum Autorem conſulat, apud quem utriuſque generis figuras inveniat. Videſis etiam *Act. Philoſoph. Lond.* n. 156. p. 492.

*II. De*

Pag. 60. poſt lin. 14. adde:

## *II. De Sale Gemmæ.*

SAL Gemmæ ſupra dicto modo ſolutus, in cryſtallos cubicos coagulatus, ideòque ab eodem D. *Liſter* pro eadem Salis ſpecie habetur.

## *III. De Sale Nitri.*

Pag. 61. lin. 4. ſubjunge:

INgenioſiſſimus vir D. *Martinus Liſter* in libro ſuo citato figuras cryſtallorum Nitri exhibuit ut & eorundem deſcriptionem, quam huc tranſcripſi: *Nitrum, in cryſtallos ſexangulas tenues, longas, & æqualiter craſſas concreſcit. Hæ, cryſtalli ſua latera parallelogramma habent. Eadem autem deſinunt, ex altera tantùm parte, vel quadam acie, vel mucrone, pyramidis in modum acuminato, ſcilicet, ob varium poſitum duorum planorum laterum. Ex altera verò parte haud poliuntur cryſtalli, ſed ſemper quaſi* præfractæ *diſinunt; idque moneo, ne Nitri figura à me primùm delineata & evulgata, & à quodam ut video nuper minùs rectè expoſita, aliquem decipiat.*

*Notandum autem eſt, mucronem illum acuminatum, quam ferè ex altera parte uniuſcujuſque cryſtalli nitri, ad modum coni figuratum eſſe diximus, ex ipſa priſmi extremitate eſſe conſtitutum, & nullatenus, ipſum priſmi corpus extenuari: quod tamen multos de his nitri cryſtallis incautè ſomniare video. De ſimplici autem & primaria harum cryſtallorum concretione loquor: nam fortuita quadam plurimarum coitione id aliquando evenire videtur. At illa*

*quidem differentia notanda eſt, quòd quæ ſic fortuito coeunt, eædem, ſi denuò aqua diluantur, in perfectam ſui generis ſpeciem tandem ex toto reduci poſſint.*

*Præter Cryſtallos verò ſexangulares è ſale petræ diluto formatas, ibidem etiam non rarò (ſi id ſal minùs purgatum ſit) alias quoque cryſtallos cubicas multangulares, neſcio quaſdam reperias: & hæ omnes ſeorſim collectæ, ex nova ſolutione, vel in cryſtallos Nitri ſupra deſcriptas abeunt, vel ſuam originem, ſi alienæ ſunt, fatentur. Sal autem Nitri dictus in ignem impoſitus, illicò flammam tenuem concipit, & ex toto non ſine ſtrepitu abſumitur, omnino nihil capitis mortui, aut Colcotharis, ut Chymici loqui amant, relicto.*

Pag. 60. ad finem paginæ adde:

Hic æquum eſſe judico errorem à me ſuperiori volumine admiſſam agnoſcere & emendare. *Salem* ſcilicet *Salis petræ* memini, ut qui quotidiani uſûs eſſet in culinis noſtris, p. 61. quem p. 62. Salis petræ ex Indiis advecti ſpeciem nondum depuratum eſſe affirmavi, verùm poſtea melius edoctus agnovi *Salem* illum *Salis petræ* dictum Salis marini ſpeciem eſſe adhærentem lateribus & fundo doliorum Kühl-Fäſſer dictorum, in quæ liquor poſt primam Salis Petræ depurationem ex aheno cochlearibus infunditur ad refrigerandum uſque dum digitus abſque læſione in eum immiti poſſit, antequam in vaſa ad cryſtallizandum, Chriſtalliſir Gefäſſe dicta, expromitur. Vide D. *Collins* librum ſuperius me-

mo-

moratum, p. 125. ubi affirmat coctione valida glebas affici Sacchari panum conicorum aut Aluminis magnitudine, quæ à *Pharmacopolis* nonnunquam Salis petræ depurati nomine divenduntur.

## *IV. De Alumine.*

Pag. 63. lin. 3. adde:

Figuræ Aluminis, ejuſque pariter deſcriptio à D. *Liſter* libro prædicto traditur his verbis: *Lixivium è cremato Aluminis metallo diuque ſervato percolavimus, ſiccavimuſque: id autem Cryſtallos albas ad hunc modum figuratas dabat; nimirum his figura paululùm compreſſa eſt, ex altera parte, quaſi vertice dicas, planum ſexangulum habet, ex altera & oppoſita parte ſive baſi plano ſimiliter ſexangulo inſidet; ejus autem latera claudunt tria ſexangula plana, quibus alternatim bina plana quadrangula interponuntur, ita quælibet integra aluminis cryſtallus ex undecim planis conficitur: Scilicet, è quinque ſexangulis, & ſenis quadrangulis planis: illa autem ipſa cryſtallus quam deſcripſi, quinquaginta circiter grana pendebat. N. B. Simplex autem & primario univerſorum ſalium concretio benè, & diligenter notanda eſt. Nam ubi ea diutiùs proceſſit, cryſtalli quidem magnitudine augeri videntur: At id ferè ſit plurium ſalium integrorum & primariorum conjunctione quadam fortuita, unde veræ & naturalis Cryſtallorum figuræ confuſio oritur.*

Pag. 63. lin. 11. ſubjunge:

Modus efficiendi Alumen rupeum *Solfæ* in

*Italia* accuratè traditur à D. *Paulo Boccone* in *Muſeo ſuo della Fiſica*, &c. quem conſulat Lector. In pleriſque convenit cum præparatione Aluminis vulgaris.

## V. De Borace.

Pag. 64. Ad finem Capitis 5. adde:

*Vires.* Digerit, exſiccat, & ſine morſu carnem liquefacit. Ulceribus quæ conſolidationem reſpuunt cum fructu accommodatur, modice pota vomitus movet. *Worm.*

## VI. De Vitriolo.

Pag. 64. lin. 28. ſubjunge:

*Wormius* etiam hujus generis Vitrioli in *Anglia* parandi modum deſcripſit, quem quia brevis eſt ipſius verbis huc tranſcribere non pigebit: *Lapides ex quibus Vitriolum excoquitur ad littus Orientale Inſulæ* Sheppey *reperiuntur. Ubi ingentem horum copiam collegerunt, per ſpatioſam aream terræ miſtos ſpargunt donec imbrium illuvie, accedente Solis æſtu & calore in terram ſeu pulverem redigantur ſubtiliſſimum, nitroſum ſulphureum odore prætereuntes offendentem. Interea aqua per hanc terram percolata in ſubjecta vaſa per tubulos & canales derivata in vaſa plumbea ampla ſex vel ſeptem dierum ſpatio coquitur ad juſtam conſiſtentiam, tum in aliud vas plumbeum effunditur immiſſis aſſeribus aliquot, quibus adhærens concreſcat vitriolum omnibus refrigeratis. Nullo alio vaſe coqui aut contineri hoc lixivium poteſt quàm plumbeo; cui ut facilius ebulliat ferri injiciunt particulas,*

*las, quæ à lixivio plane conſumuntur.* Modus etiam Vitrioli *Brickleiæ* in *Eſſexia* conficiendi à celeberrimo Viro D. *Jo. Raio* vicino & amico noſtro tradita in libello ſupracitato, cum proceſſu *Wormiano* convenit: Eandem methodum, in Vitrioli præparandi domibus *Waltoni* & *Ramſeiæ* in Eadem *Eſſexia* ſectatam obſervavi. Verùm in *Italia* ejus præparandi modus diverſus eſt, ideòque *Matthioli* verbis deſcriptum dabimus.

*Mineræ glebas in acervos mediocres conjectos igne ſuppoſito accendunt. Sponte autem urunt ſemel accenſæ, donec in calcem ſeu cineres maxima ex parte relucantur. Mineram combuſtam in piſcinas aquæ plenas obruunt, agitando, miſcendoque eam, ut aqua imbuatur ſubſtantia Vitrioli. Aquam hanc Vitriolatam à ſedimento claram hauriunt; & in caldaria plumbea transfundunt, quam igne ſuppoſito decoquunt. Verùm dum ebullit, in medio coctura vel parum ſupra vel infra addunt modicum ferri veteris vel glebæ æris, juxta intentionem operantis. Aquam Vitriolatam decoctam in vaſa lignea transfundunt in quibus frigeſcens congelatur in Vitriolum.*

Vitriolum viride à prædicto D. *Liſter* pariter depingitur & deſcribitur his verbis: *Vitriolum autem viride, à Pyrite ferreo naſcitur; cujus maturæ & perfectæ cryſtalli perpetuò ex utraque parte mucronatæ ſive acumitatæ ſunt, & ex decem planis lateribus inæqualibus conſtant: ſcilicet, ex quatuor mediis planis pentagonis, & ad ſingula quæque extrema acuminata, terna plana triangula habent; perinde ut in figura repræſentatur.*

Pag. 65. lin. 21. adde:

Apud *Goslarienſes* conficitur Vitriolum hoc modo: Calcinantur Lapides Pyrites dicti, calcinat liberiori aëri exponuntur, ſic enim vel ſpontè efflorеſcit Vitriolum, vel per elixationem cum aqua prodit.

# SECTIO QUINTA.
## De
## Foſſilibus Metallicis Medicamentoſis.

LApis Schiſtus *Offic. Worm. Boet. De Laet. Charlt. Ex.* Schiefer-Stein. Ex Germania tranſportatur. Subſtantia eſt metallica crocei coloris, ſi optimus fuerit, alias nigricat, laminas habens tenues, invicem hærentes, ſplendentes, & perſpicuas, *Vires.* Vim exhibet Hæmatitæ, ſed ad omnia infirmiorem *Dioſc.*

### *VI. De Cobalto.*

Pag. 70. poſt lin. 18. adde:

PRæter colorem *Ultramarinum* dictum à *Lapide Lazuli* & *Armenio* factum pag. 84. *Pharmac.* noſtræ memoratum, pro cujus præparatione addiſcenda ad *Boetium* Lectorem remitto: Aliud cœrulei genus eſt, non tantum à Pictoribus, ſed etiam à Matronis & lotricibus noſtris uſitatus, Schmeltzblau dictus, ſed frequentius à forma ejus blaue Stärcke/ i. e. *Cœruleus*

*ruleus pulveriſatus*, qui à *Cobalto*, cineribus clavellatis, & ſilicibus albis conficitur: cujus conficiendi modus apud *Saxones* in *Germania*, prout ab amiciſſimo viro D. *Davide Krieg* M. D. mihi communicatus eſt, ſic ſe habet. Primo Cobaltum in mola in tenuiſſimum pulverem comminuitur, cumque cineribus clavellatis mixtum in fornice funditur in vitrum obſcurè cœruleum; deinde iterum commolitum, & cum idonea quantitate ſilicum alborum mixtum denuo funditur in vitrum, quo tandem pulveriſato partes tenuiores lotione ſeparantur & poſtea exſiccantur. N. 1. Quò plures ſilices poſt primam fuſionem materiæ admiſcentur, eo major erit Smalti quantitas, verùm pallidior. 2. Inter lavandum, quod primò à maſſa abſcedit purius & pallidius eſt poſteriore.

## *VII. De Phrygio Lapide.*

LApis Phrygius *Offic. Boet. de Laet.* Phrygiſcher Stein. Naſcitur in Cappadocia. Eſt gleba pumicoſa, præfertur qui palleſcit, pondere mediocris abſque ſolida compage, ac lineis albis Cadmiæ inſtar diſtinctus eſt. *Vires.* Aſtringendi expurgandi & cruſtas inducendi vim habet. Lavatur ut Cadmia. *Dioſc.* Morbis oculi, atque ad ulcera &c. utilis eſt. *Galen.* In Officinis noſtris Anglicanis hodie ignota eſt.

## IX. De Sory.

Pag. 71. lin. ult. ſubjunge:

4. MElanteria *Offic.* Duplicis eſt Originis, quædam in faucibus cuniculorum, quibus æs eruitur ſalis modo concreſcit. Alia verò in ſumma facie ſupradictorum locorum coit, quæ terrena eſt. Præſtat quæ ſulphuris colorem trahit, levis, pura, æquabilius, & quæ contactu aquæ confeſtim nigreſcit. *Vires.* Vim cauſticam eam obtinet, quam & Miſy. *Dioſc.* In officinis noſtris nunquam reperitur.

## X. De Aſio Lapide.

LApis Aſius *Offic.* Aſius vel Aſſius lapis quem etiam Sarcophagum vocant *Worm. Charlt. Ex.* Sarcophagus ſive Aſſius lapis *De Laet.* & Aſius ſeu Aſſius lapis *Boet* Eß-Stein. Eſt minerale leve, fungoſum, friabile, ſciſſile, pumico colore, ſapore ſalſo. In *Uſu.* Minera, ſalſugo ſubflava ſummo lapidi inſidens, compage tenui, guſtu mordente. *Vires.* Utraque vim habet adſtrictoriam, & modicè erodentem. Ulcera vetera ſiccant & cicatrici repugnantia ſanant, excreſcentia cohibent: cava explent; tetra ulcera & fungis ſimilia expurgant. *Dioſc.* Longè validior flos ſeu ſalſugo exiſtimatur.

# I. De Metallis perfectis, quorum mineræ in uſu Officinis non ſunt.

## *VI. De Cupro,*

Pag. 78. lin. 16. poſt *infringendi* adde:

FLos æris *Offic.* Spangrün. Sunt parva, ſubrubra, ſplendentia granula, ſeminis ilii magnitudine aut minora, quæ laminæ reæ, ſupra vaporem ab aquâ æris liquefa- cum è fornace effluit inſpersâ elevatum ſpenſæ accreſcunt. In fornacibus, ubi æs ùm funditur in Tridentino agro, ſæpius llegit Matthiolus in hunc modum. Cùm in fornaci liquatum, in paratum recepta- lum extra fornacem diffunderetur, ante- am omnino coiret in maſſam, frigidam ſu- r ipſum adhuc ignitum infundebat, ſta- nque vapor magnus excitabatur, ſub quo ox ferream laminam & eam quidem am- am, ſubjiciebat, tamdiuque tenebat donec ſſebat vapor. *Vires.* Adſtringit, & excre- entia coercet: offuſam oculis caliginem e- endat, ſed magnopere mordet. *Dioſc.* Te- iorum partium facultatis eſt, quam aut æs tum aut ſquama. *Galen.* Nuſquam in Offi- is noſtris reperitur, quapropter ejus vice ugine perpetuò utuntur.

# SECTIO SEXTA.

## I. De Lapidibus minus pretioſis

Pag. 82. lin. 11. adde:

### II. *De Lapide arenoſo.*

A Lapis arenoſus *Offic.* Saxum arenarium *Worm. Boet. Charlt. Ex.* Ammites vel Hammites, *Mer. Pin.* Sand Stein. Lapis eſt aſper & veluti ex arenis compoſitus. Variis in locis invenitur.

Pag. 91. poſt cap. 3. addatur:

### V. *De Adarce.*

ADarces *Offic. Boet.* Adarce *J. B. Chab.* Eſt tanquam concreta ſalſilago, humidis & paluſtribus locis ſiccitate emergens, & arundinibus ac herbis agglutinata, colore flori lapidis Aſii ſimilis & omni forma Alcyonia, & aliquantum cavo proxima, ut videri poſſet lacuſtre Alcyonium. *Vires.* Ad evellendas lepras, lentigines, lichenas, & vitia cutis in facie, ſimilia accommodatur. Et in ſumma vis ei acris. Humorem evocat, qui in alto concrevit, & Iſchiadicis prodeſt. *Dioſc.*

Utrum Adarces *Dioſcoridis* idem ſit cum eo D. *Plot.* in *Hiſt. Nat. Oxonienſi*, p. 126. non auſim determinare, neque an vires eædem ſint, à quoquam hactenus, quod ſciam, exploratum fuit. *Plotii* Adarces nihil aliud eſt quàm con-

ncretio particularum lapidearum, colore
albido, quas aqua ad occurſæ aquæ alte-
us, chalibeatæ ſcilicet, præcipitat, adeoque
ramina, virgultas aliaque corpora quæ præ-
rfluit incruſtat.

Hujuſmodi incruſtationem obſervarunt
ulti eruditi Autores, ut v. g. *Pancirollus* qua-
ior circiter ab urbe *Roma* milliaribus extra
ortam Hoſtienſem vulgò Sancti *Pauli*, & D.
*Iartinus Liſter*, M. D. in Aquæ-ductu *Arcuoil*
*Pariſios*, qui exinde malam de ea opinio-
em concipiunt, poſterior utique doctiſſimus
laudatiſſimus vir inde colligit quicquid in
quæ-ductibus, tuborum aquas deferentium
tera cruſtâ petrosâ obducit: idem in reni-
us & veſica, præſertim infirmiorum & te-
eriorum effecturum veriſimile eſſe. Vid.
*er ad Pariſios & Exercitat. de calculo humano.*

Qui plura de Adarce velit *Boetium* conſu-
t, p. 403.

Pag. 84. pro 7. cap.

## *VII. De Unicornu Foßile.*

A. Unicornu foſſile *Offic.* Cornu foſſile
*Worm. Charlt. Ex.* foſſile vulgò Monoce-
otis cornu *Boet.* Ceratitis *Feſn.* Ebur foſſile
*luſ.* Lapis Arabicus *Cæſalp.* Dens Elephanti
etrefactus *aliis* Lithomarga alba, Gegraben
Einhorn / gegraben Elffenbein. Eſt ſubſtantia
apidea, colore, lævore, & forma, quandoque
ornu referens; quandoque durius, quando-
ue mollius; cortice exteriore duro, flave-
ſcen-

ſcente, nigro aut ſubcinereo; medulla molli, friabili, compacta, linguæ firmiter adhærente, ſapore adſtringente, & exſiccante. In fodinis reperitur. *Vires.* Cum Terra Lemnia viribus convenit, & contra morbos malignos commendatur.

Pag. 86. pro X. cap. adde:

## X. De Thermolitho.

A. Thermolithus *Offic.* Lapis Schiſtos *Charlt.* *Ex.* Schiſtos Cornubienſis diu calorem retinens *Mer. Pin.* Warm-Stein. In Agro Cornubienſi reperitur. Hunc in Catalogo Simplicium medicinal. officinalium ad calcem Pharmacopœia D. *Shipton* inſertum invenio, ſed de uſu ejus medico nihil occurrit inter Autores.

Pag. 88. lin. 4. adde:

Eruditiſſimus vir D. *Martinus Liſter*, M. D. in *Itinere* ſuo *ad Lutetiam Pariſiorum* hujus Gypſi ſeu Alabaſtritidis ad *Montmartre* fodinas eſſe refert; quodque ibidem igni aperto expoſita uratur: Duriſſimum autem genus duarum triúmve horarum ſpatio ſatis coquitur. Se etiam fodinas ejus vidiſſe ait prope *Clifford-Moor* in *Eboracenſi* provincia ubi *Hall-plaſter* dicitur. Saal-Pflaſter: cœmentum quo atria obducuntur.

## XVIII. De Ludo Paracelſi.

A. Ludus Paracelſi *Offic. Helmont, Charlt. Ex.* Silex ille quem Helmont Ludum Paracelſi

elſi vocat *Worm.* Wachs-Adern. Lapis eſt uccini citrini colore, magis tamen opacus, ariæ magnitudinis, venarum inſtar lapidem bſcurè cinereum transcurrens. In mariti-ıis ſaxoſis ſæpius invenitur. *Vires.* A *Para-lſo* pro Lithontriptico commendatur. D. *rew* diureticum probum eſſe exiſtimat, & d arenulas expellendas uſui eſſe poſſe.

## XIX. De Silice.

1. Silex *Offic. Boet. Mer. Pin. Worm. Charlt. Ex.* Kieſelſtein. Ubique reperitur. *Vires.* licum communium uſus eſſe poteſt, ad tar-ream mucilaginem incidendam, calculum ſolvendum, ac proinde ad obſtructiones ſerandas. Extrinſecus frequenti uſu in entifriciis adhibentur. *Schrod.*

## XX. De Lithocolla.

Ithocolla *Offic.* Eſt glutinum inquit *Dioſco-rides* quo lapides conjunguntur: confla-r autem ex Marmore, Lapide Pario & tau-no glutine. *Vires.* Poteſt candente Specil-admotum, incommodos oculis pilos re-icare. *Dioſc.*

## XXI. De Molari.

1. Lapis molaris *Offic.* Mühl-Stein. In Agro Derbienſi effodiuntur. Hunc in atalogo ſimplicium Officinalium ad calcem harmacopoeiæ D. *Shipton* inſertum invenio, quam rationem neſcio, cum uſus ejus in An-

Anglia, quantum novi, ſolus eſt ad frumentum comminuendum.

## XXII. De Cote.

A. Cos *Offic. Worm. Charlt. Ex.* Cotes *Boet.* Novaculæ *Mer. Pin.* Wetz-Stein. Lapis durior eſt, ferramentis acuendis aptus: Eſtque vel Oloarius, colore flavicante, Probier-Stein/ vel aquaticus, íſque vel albicante colore. Schleiffſtein / vel nigricante Wetzſtein dictus. *Vires.* Ramatum attritum Alopecias pilis explere, mammas prohibere ne intumeſcant, lienem extenuare cum aceto potum, & comitialibus prodeſſe. *Dioſc.*

## XXIII. De Marmore.

A. Marmor album *Offic. Worm.* Parium *Boet. Charlt. Ex.* weiſſer Marmor. Ab Alabaſtro vulgari tantùm duritie diſtat, & ſplendore cùm politus eſt. *Vires.* Internè ſumpta calculum reſolvit. *Galen.*

Pag. 88. poſt lin. 11. pro 15. cap. adde:

## XX. De Porphyrite.

Porphyrites *Offic. Worm. Charlt. Ex. Boet Parphyrie.* Roth Marmelſtein. Marmor eſt duriſſimum rubrum. *Vires.* Lithontripticem eſſe creditur, & cum Ophite viribus convenire.

II. De

# II. De Lapidibus Medicamentoſis formatis.

## I. *De Ætite.*

Pag. 90. poſt lin. 21. pro 2. ſpec. adde:

A. Geodes *Offic. Boet. De Laet.* Ætitis tertius *Worm.* unechter Adler-Stein. Va-s in locis ſabuloſis & glareoſis reperitur Anglia. Lapis eſt rotundus aut oblon-is, colore rubiginis & pugni ſæpe magnidine, terram, aut lutum, aut arenam con-iens. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

## *De Lapide Lyncis.*

Pag. 91. linea ult. adde:

2. Ceraunia ſive Fulminaris Lapis *Offic.* :raunias *Boet. De Laet.* Donner-Keil/ Don-Axt/Stral-Stein. Cunei pyramidalis plemque figura, colore aut nigro, aut fuſco. Germania reperitur. *Vires.* Mulierculæ defluxionibus in genas, mammillas, &c. ricant: In Hydrope & Ictero etiam profius dicitur *Witz. in Schrod.*

## *IV. De Aſtroitide.*

1. Aſtroites ſeu Stellaris Lapis *Offic. primum Boet.* quartus *Plot. Hiſt. Nat. Ox. p. 88. Tab. fig. 7. Lithog. Brit. N. 163. Charlt. Ex.* Stella-lapis *De Laet.* Stern-Stein. Lapis eſt roſus moderate durus, colore albido, ad capi-

capitis humani magnitudinem quandoque excreſcens. In fodinis tam Angliæ quam Germaniæ reperitur. *Vires.* Antiloimicus putatur, & vermes necare exhibitus infantibus ad gr. 4. *Witz. in Schrod.*

## III. De Lapidibus pretioſis opacis.

Pag. 92. lin. 1. adde:

### I. De Achates.

A. Achates *Offic. Worm. Mer. Pin. Boet. Charlt. Ex. De Laet.* Ein Achat. Lapis eſt variorum colorum: ab Onyche differt quod hæc zonis & cruſtis variorum colorum; Achates vero lineis & maculis ludat. A Jaſpite duritie & lævore. *Vires.* Venenis peſtiferis ut & Viperarum & Scorpionum ictibus reſiſtere creditur; cor recreat, ſitim febricantium ore contenta ſedat.

Pag. 92. pro 3. & 4. ſpecies adde:

### III. De Sardonyche.

SArdonyx *Offic. Boet. Charlt. Ex de Laet.* Ein Sardonier. Ex Sardio & Onyche à natura ſimul compoſita eſt. Qui plura de Sardonyche velit conſulat. *Jo. De Laet.* p. 70.

### IV. De Chalcedonio.

CHalcedonius *Offic. De Laet. Boet* alius Carchedonias *Charlt. Ex.* ſeu Carcedonius

*Worm.*

*Vorm.* Chalcedonier. Gemma eſt quaſi per nu-
)em, vel nullo vel levi aliquo colore tincta, ſemiperſpicua, Sculpturæ propter duritiam contumax. *Vires.* Contra omnia atræbilis ſymptomata commendatur.

*Boetius* hanc differentiam inter *Onychen*, *Sardonychem* & *Chalcedonium* ponit. Quod *Sardonyx* ſit, dum *Onychi Sardius* rubicundus color diſtincte adjunctus eſt. *Chalcedonius* dum abeſt rubicundus, & niger color diſtinctus. Onyx vero propriè, dum adeſt niger, & abeſt rubicundus.

Pag. 93. lin. 9. pro 6. adde:

## *VI. De Memphite.*

Lapis Memphites *Offic.* Memphis-Stein. Invenitur calculorum magnitudine, pinguis, verſicolor. In Ægypto juxta Memphin reperitur. *Vires.* Trito & illito, quæ urenda aut ſecanda ſunt, ſine periculo obtupeſcere, ita ut non ſentiant cruciatum. *Dioſc.*

Hic Lapis quis fuerit à *Dioſcoridis* temporibus in tenebris delituit, *Boetius* in capite de Onyche hæc habet; *Dum zona alba imagine ſcalpitur ac nigra zona loco ſtrati ſubſternitur, à nonnullis* Memphitis, *hodie* Camehnia *vocatur à Gemmariis, quaſi alia gemma eſſet*, & pag. 565. à Ludovico Dulci hæc citat: Memphitas à Memphi *civitate dicta eſt. Bibita aut cum aceto macerata, ſtuporem inducit membris, ut abſque dolore amputari poſſint.*

Pag, 92. lin. 24. pro 8. & 9. & 10. cap. adde:

## *VIII. De Malachite.*

MAlachites *Offic. Charlt. Ex.* ſeu Molochites *Boet.* Molochites *De Laet.* Ein Malachit. Ad Jaſpidis, vel Praſii ſpecies referri poteſt. Opaca eſt, Malvæ inſtar viridis. Invenitur in Cypro, Miſnia & comitatu Tirolenſi. *Vires.* Pro extinguendo æſtu febrili exhibetur. *Witz. in Schrod.*

## *IX. De Turchoide.*

TUrchois *Offic. Worm. Charlt. Ex. Boet. De Laet.* Ein Turckiß. Gemma eſt opaca, ex viridi, albo & cœruleo quaſi compoſita, viride æris exacte referens: quidam Jaſpidis ſpeciem eſſe putant. *Vires.* Ad caſum mirabiles ejus vires experti ſunt. Imprimis memorandum exemplum quod *Boetius* de ſeipſo refert, p. 266.

## *X. De Praſio.*

PRaſius *Offic. Charlt. Ex. Boet.* Praſus ſive Praſius *De Laet.* Grün-Stein. Maxima ex parte viridis eſt, ſed raro ſine punctis atris & aliquando alba diſtinctus, *Vires.* Smaragdi vires habet, verùm minores, *Boet.*

VI. De-

# IV. De Lapidibus pretioſis diaphanis.

## SEU

## De Gemmis.

Pag. 98. lin. 26. ſubjunge:

### *X. De Adamante.*

ADamas *Offic. Worm. Charlt. Ex. De Laet. Boet.* Ein Demant. Gemma eſt duriſſima & precioſiſſima, ſine colore, aquæ inſtar diaphana. Ex India orientali tranſportatur. *Vires.* Pro viribus conſule præfationem noſtram de Gemmis.

# PHARMACOLOGIÆ,

SEU

## *Manuductionis ad Materiam Medicam*

# LIBER SECUNDUS.

De Phytologia

## CLASSIS PRIMA,

SEU

## LITHOPHYTOLOGIA.

*De Plantis ſubſtantiæ Lapideæ,*

### *De Corallio.*

PAG. 107. lin. 10. adde. *Vires.* Cum reliquis viribus convenit. *Dioſc.*

Lin. 16. ſubjunge:

*Corallium*, Germ. Corallen quod aliqui *Lithodendron* appellarunt, inquit *Dioſcorides*, marinum eſſe fruticem conſtat, qui alto extractus, duratur ſtatim atque emergit, tanquam effuſo aëre protinus concreſcat; cujus aut potiùs *Sextii Nigri* opinionem etiam *Plinius* ſectatus eſt, & ante eum; *Ovidius* in Libro Metamorphoſeon,

Quo

*Quo primùm contigit auras*
*Tempore, dureſcit: mollis fuit herba ſub nudis.*

Experientia hoc falſi convincit. Teſtan-
ur enim viri fide digniſſimi, inquit Erudi-
iſſimus D. *Raius*, qui ejus piſcationi (ut lo-
quuntur) interfuerunt non minùs ſub undis,
quàm ſupra undas durum & lapideum eſſe,
cortice duntaxat molli & muſcoſo (qui tamen
facile deraditur) integi.

Machina quâ ad Corallium extrahendum u-
untur indigenæ, ad Promont. *Cau de Creux*
n Catalonia, eſt Crux lignea grandis, cu-
us centro, ut in aquis promptè ſubſidat af-
gitur globus plumbeus magni ponderis: Huic
utem adnectitur funis validus, prælongus.
Inicuique cruci ſeu extremo crucis rete or-
iculare appenditur. Demiſſa in aquas cru-
e, cum Urinatores in imo mari rupem in-
enerunt cavernoſam, Corallii fœram, is cui
inis regendi cura demandatur, in ejus ca-
a unum vel alterum Machinæ crus impellit,
deóque Corallium (ſi quod inibi oritur) re-
ibus implicitum abrumpunt & extrahunt qui
upernè, in lembis præſtolantur. *R. H.* p. 61.
quibus plura de Corallio adeat lector. Item in
Epiſtolis *Boccone, Fer. Imperatum* in Hiſtoriâ &
*ianſium*, &c.

 CLAS-

# CLASSIS SECUNDA,
## SEU
# BOTANOLOGIÆ.
## SECTIO PRIMA.
## De Plantis Imperfectis,

Pag. 108. ante lin. 22. adde:

### I. De Alga graminea.

NOTÆ *ſunt: planta ſubmarina conſiſtentiæ herbaceæ foliis gramineis in foliorum ſinu ſemina continentes.* R. Meth. Auct. p. 4.

A. Alga *Offic. Ger. Chab.* anguſtifolia vitrariorum *C. B. J. B.* Fucus ſecundus *Dioſc.* marinus ſive Alga marina graminea *Park.* See-Graß Meer-Graß. In litoribus marinis ubique reperitur. *Uſu.* Herba. *Vires.* Vim habet refrigeratoriam, non podagræ modò, ſed etiam inflammationibus utilem. *Dioſc.*

### II. De Fuco.

1. A. Quercus marina *Offic. Ger. Park* Fucus maritimus vel Quercus maritima veſiculas habens *C. B.* ſive Alga marina latifolia vulgatiſſima *R. H.* p. 70. *Synop. Plant. Ejuſd.* See-Eiche. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

Deſcriptio quam Quercus ſuæ marinæ *Theophra-*

*phraſtus* tradit, adeo brevis eſt & imperfecta, t Botanicis inter ſe altercandi occaſionem præbuerit. *Cluſius* & *Cæſalpinus* Corallinæ frucoſæ ſpeciem quandam eſſe volunt, quiuſcum conſentire non poſſum, ſed huc poius referendam cenſeo, quòd *Theophraſtus* Quercum ſuam marinam folium oblongum, craſſum & carnoſum habere prodiderit.

2. Fucus *Offic.* tertius *Dioſc.* Alga tinctoria *B.* tinctoria ſive Fucus marinus Rocella nctorum dictus *C. B.* Fucus marinus Roceltinctorum *C. B.* Alga cornu cervi diviſura *usd.* An Fucus ſive alga membranacea purırea parva *R. Synop.*? Purpurfärbig Seeraß. In mari Mediterraneo reperitur. *Uſu.* erba.

3. Vitis marina & Lenticula marina *Offic.* enticula marina ſerratis foliis *Ger. Park.* Fus folliculaceus ſerrato folio *C. B.* folliculaus maritimus bacciferus *Ejusd.* Sargaſo *Piſ.* Meer-Linſen. In rupibus maritimis. *Uſu.* erba.

## III. *De Muſco marino.*

**A.** Lichen marinus *Offic. Ger.* marinus platyphillos *P. Al.* Fucus marinus, Lactumarina dictus *Park.* primus *Dioſc.* Lactucæ lio *El. Bot. T. Inſt.* Muſcus marinus Lactucæ lio *C. B.* Lactuca marina *Chab.* marina ſive tybacea *J. B.* See-Leber-Kraut. Petris, Scroılis ipſiſque teſtis adnaſcitur. *Uſu.* Herba.

 *Vires.*

*Vires*. Cum Alga viribus convenit. Adverſus Serpentes dedit *Nicander*.

2. Muſcus marinus *Offic.* marinus capellaceus Dioſcoridis *Park.* marinus capillaceus Diſcoridis Donati *R. H.* p. 79. Fucus capillaceo folio *Theoph.* Meer-Mooß. In mari Adriatico invenitur, in ſcopulis teſtaceiſque. Planta eſt gracilis, capillacea, caulis expers. *Uſu.* Tota planta. *Vires.* Præcipua ei ſpiſſandi vis, & collectiones cohibendi, & podagras; quas refrigerare opus ſit. *Dioſc.*

Hæc planta *Conſtantino* pro Muſco marino *Dioſcoridis* accipitur, cum quo potiùs conſentio quàm cum iis qui pro Muſco illo *Corallinam* Officin. habent. *Parkinſonus* noſter pro Fuco capillaceo folio *Theophraſti* habet.

Pag. 109. lin. 3. ſubjunge:

## *V. De Alcyonio.*

*Quænam ſint corpora illa* Alcyonia *Græcis dicta, & unde originem habeant, inter Botanicas controvertitur, & adhuc dubium manet.* Plinius *nidos quarundam avium in mari extructos eſſe tradit.* Imperatus *minuta paleæ & pilorum fruſtula, in maſſas agitatione maris conglobata.* Schrochius *arundinum cum foliis ſuis progeniem eſſe, quodque in pluribus quæ diſſecuit, & aperuit plantam ipſam obvolutam in medio invenerit, affirmat.* Dioſcorides 5 *ſpecies enumerat. Harum quatuor in hoc capite exhibemus; quintam* lib. 3. in *capite vel* Oſtreorum *vel* Mitylorum; *quorum ſcilicet progeni-*

*nies eſt. Eorum autem utrumvis ſecundum* Dioſ-
oridis *cenſeri poteſt, notis ſcilicet nullis in textu*
*appoſitis reclamantibus.*

1. Alcyonium durum *Offic.* durum ſive primum Dioſcoridis Imperato *C. B.* Spangioſum Officinarum *J. B. Chab.* Harter unechter Schwamm. *Uſu.* Tota planta. *Vires.* In fœminarum ſmegmata aſſumuntur contra lentigines, lichenes, lepras, vitiligines, nigritias & maculas in facie, reliquoque corpore. *Dioſc.*

2. Alcyonium vermiculatum *Offic.* vermiculare Imperati *C. B.* vermiculatum purpureum candidum & flaveſcens *T. Inſt.* Geſprenkelt unechter Schwamm. *Uſu.* Planta integra. *Vires.* Iis qui difficili urina vexantur, aut arenulas in veſica colligunt idoneum eſt: item renibus affectis, aquæ inter cutem, lieni *Dioſc.*

3. Alcyonium ſtupposum *Offic.* Stupposum Imperati *J. B.* ſtupposum dictum *Chab.* ſtupposum vel quartum Dioſcoridis Imperato *C. B.* Fäſicht unechter Schwamm. *Uſu.* Planta. *Vires.* Ejuſdem cum præcedenti vires obtinet verum haud parum imbecilliores. *Galen.*

4. Alcyonium tubuloſum *Offic. J. B.* Forma fructus alicujus ficus *C. B.* Röhrichter unechter Schwamm. *Uſu.* Integra planta. *Vires.* Dealbandis dentibus aptum eſt: in alia ſmegmata, Pſilothraque aſſumitur cum ſale miſtum. *Dioſc.*

# VI. De Fungo.

Pag. 109. lin. 9.

1. A Fungus *Offic.* eſculentus 12. *Park.* pileolo lato & rotundo livido *C. B.* campeſtris albus ſupernè, infernè rubens *J. B. Chab.* Schwamm Champignon. Piltze. In paſcuis ſterilioribus in autumno. *Uſu.* Integra planta in culinis Aceto condita, in Officinis autem raro aut nunquam uſurpatur.

A. 2. Crepitus Lupi *Offic.* Lupi ſive Fungus ovatus *Park.* Fungus rotundus orbicularis *C. B.* orbicularis. *Ger.* pulverulentus dictus Crepitus Lupi *J. B. Chab.* Lycoperdon vulgare *El. Bot. T. Inſt.* Wolffs Fiſt Buben Fiſt vulge Boviſt. In paſcuis ubique ferè in Autumno invenitur. *Uſu.* Integræ plantæ. *Vires.* Siccat & aſtringit, unde vulneribus inſperſus ſanguinem ſiſtit, ulcera inveterata deſiccat, hæmorrhoïdum fluxum cohibet: Oculis tamen inimicus cenſetur. *R. H.p.*105.

A. 2. Lycoperdon maximum *Offic.* Alpinum maximum *El. Bot.* Alpinum maximum, cortice lacero *T. Inſt.* Fungus maximus rotundus, pulverulentus dictus, Germanis Pho-Fiſt. *J. B.* Fungi rotundi orbicularis ſecundum genus *C. B.* Groſſer Staub voller Schwamm. In pinguioribus paſcuis & ad fimeta. *Uſu.* Planta integra. Caput humanum magnitudine interdum æquat. *Vires.* Ad compeſcendas ſanguinis eruptiones etiam pericu-

:uloſiſſimas commendatur: in quem uſum
onſores eos adſervare multis Germaniæ in
cis obſervavit *Cluſius*.

Pag. 110. lin. 16. ſubjunge:

A. 6. Tubera *Offic. C. B. J. B.* Matthioli; *El.*
*t.* terræ *Ger.* terræ edibilia *Park.* Morcheln.
terra effodiuntur. *Uſu.* Integra planta ma-
iitudine varia, tuberculis extantibus inæ-
alis, externâ facie rugoſâ, nigrâ, internâ
bſtantia alba, guſtu fatuo, odore non ni-
l gravi. *Vires.* Venerem ſtimulant, cocta
pro Emplaſtro impoſita Anginoſis proſunt.
7. Boletus *Offic.* Tubera cervina *C. B. Park.*
uberum genus quibuſdam Cervi Boletus *J.*
Cervi Boletus *Chab.* Hirſch-Brunſt Hirſch-
ſchwamm. E terra effodiuntur. *Uſu.* Inte-
a planta magnitudine Juglandis, inæqualis,
ternè cineraceo colore, interna ex albo
irpuraſcente, guſtu grato. *Vires.* Rari u-
s eſt, nec adhibetur niſi quod nonnulli ad
oidinis ſtimulum, lactiſque incrementum
im commendent. Extrinſecus commenda-
ır ad Uterinas aſcenſiones compeſcendas &
ırtus difficultatem. *Schrod.*

In Italia Tubera terræ quærendi & colli-
endi modo ridiculo utuntur. Porcellum
ilicet in paſcua ubi eorum proventus eſt
gunt, qui odore inventa roſtro eruit; eum-
ue inſequitur quidam, qui eruta colligit.

*VII.*

## *VII. De Muſco.*

Pag. 111. lin. 25.

3. **A.** Muſcus pyxidatus *Offic. Ger. Park. J. B.* pyxidatus major & minor *T. Inſt.* pyxoides *C. B.* Muſco-Fungus pyxidatus vulgatior minor. *H. Ox.* Kelch-Mooß. In aridioribus. *Uſu.* Integra Herba. *Vires.* In Tuſſi convulſivo puerorum ſpecifica æſtimatur.

A. 4. Lichen cinereus terreſtris *Offic. R. Synop. Cat. Plant. & Hiſtor.* Muſco-Fungus terreſtris latifolius cinereus Hepaticæ facie *H. Ox.* Muſcus terreſtris Hepaticæ facie *vulgò.* Erd Leber-Kraut. In paſcuis ſiccioribus non infrequens reperitur. *Uſu.* Tota planta. *Vires.* Adverſus morſum Canis rabidi egregium eſt medicamentum.

---

# SECTIO SECUNDA.

## Herbæ ſemine minutiſſimo & nudis oculis vix conſpicuo.

## *II. De Muſco trichoide.*

Pag. 113. lin. 30.

**A.** Muſcus clavatus *Offic.* clavatus ſive Lycopodium *Ger. Park.* ſquamoſus vulgaris repens, clavatus *T. Inſt.* terreſtris repens ſive clavatus *C. B.* terreſtris repens à Trago pictus *J. B.* terre-

ſtris

tris repens Tragi *hab.* Katzen-Leiterlein. Wolff-Klauen. In ericetis & montoſis. Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Planta integra, Flos ſive Pulvis clavarum citrinus. *Vires.* Refrigerat & ſiccat. Uſus præcipue in Calculo expellendo, in fluxu alvi. Extrinſecus in laxitate dentium in conſolidatione & ſiccatione vulnerum *Schrod.* In Epilepſia puerorum flos multum valet, inque Cardialgia eorundem & torminibus ventris flatulentis *R. Synop.*

## *VI. De Equiſeto.*

Pag. 115. lin 28. ſubjunge:

A. Cauda Equina minor & Equiſetum minus *Offic.* Equiſetum ſegetale *Ger.* & arvenſe longioribus ſetis *C. B.* minus terreſtre *J. B.* minus terreſtre ſive arvenſe *Chab.* Roß-Schwantz. Pferde-Schwantz. Schafftheu. Inter ſegetes ſolo homidiore. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

A. 3. Polygonum fœmina *Offic.* Equiſeti facie Polygonum fœmina *J. B. Chab.* Cauda Equina fœmina *Ger.* Equiſetum paluſtre brevioribus foliis polyſpermon *C. B.* paluſtre alterum brevioribus ſetis *Park.* Pferde-Schwantz-Weiblein. In ſtagnis & lacubus, & ad fluviorum ripas. *Uſu.* Herba. *Vires.* Vulneraria eſt planta.

Herbæ

## Herbæ ſemine minutiſſimo, caule carentes Epiphylloſpermæ.

Pag. 116. lin. 26. adde:

### *II. De Hemionitide.*

F*Oliis integris eſt & indiviſis, ſinu in baſi uniuſcujuſque ad pediculum falcato, cum appendice utrinque producto* R. Meth. p. 63.

Hemionitis *Offic. J. B.* vulgaris *C. B.* major *Ger. Park.* Hemionium ſive Hemionitis quibuſdam Splenium *Chab.* Gemeine hemionitis, Maul-Eſel-Farren-Kraut. In Italia provenire dicitur. *Uſu.* Herba. *Vires.* Ex Aceto pota Lienem abſumit. *Dioſc.*

Pag. 117. lin. 18.

### *VI. De Lonchitide.*

A*Nguſtia & longitudine foliorum, ut & loco natali a Polypodio differt.* R. Synop. p. 45.

A. Lonchitis *Offic.* aſpera *Ger.* aſpera minor *C. B. Park.* altera foliis Polypodii *J. B.* altera foliis Polypodii, Aſplenium ſylveſtre nonnullis *Chab.* Filix ſive Lonchitis altera foliis Polypodii *F. Al.* Polypodium anguſtifolium folio vario *T. Inſt.* Engelſüß-Baumfaren. In humidioribus nemoroſis aſperis & ericetis. *Uſu.* Folia. *Vires.* Herbam eſſe vulneribus glutinandis, In eiſque inflammationem excitari non putatur, Pota ex aceto Lienem abſumit *Dioſc.*

Lon-

Lonchitis *Dioſcoridi* duplex eſt, altera fo-
is Porri, quam ſolum *Plinius* novit, cujus
:men triangulum & lanceæ cuſpidi ſimile,
nde etiam planta ipſa ſibi cognomentum ar-
ɔgavit, nec unquam reperiſſe, nec ab aliis
ıventum vidiſſe ſcribit *Matthiolus.*

Pag. 119. lin. 8. ſubjunge:

Laborantes lienis incremento recreat. Ra-
x & potu & illitu cum axungia vulneribus
gitta arundinacea factis eſt auxilio. *Dioſc.*

## *VIII. De Dryopteride.*

*Innis denſiùs diſpoſitis, anguſtioribus, pediculis brevibus aut nullis inſidentibus, filici mari ſimilis* Meth. p. 64.

A. Dryopteris *Offic.* Adverſariorum *Ger. emac.* re Filix Querna repens *Park.* Filix Quer-ı *C. B.* minor non ramoſa *J. B. Chab.* minor luſtris *R. Cat.* & *Hiſt. Ejuſd.* Eichfarren-Kraut. locis paluſtribus & putridis. *Uſu.* Integra anta. *Vires.* Pſilothrum eſt cum Radicibus ita: illinitur enim primum poſtquam cor-ıs exudavit, mox ſudor abluitur, & re-ns imponitur. *Dioſc.* Facultatem habet ſe-icam.

Hujus uſum *Rondeletius* pernicioſum eſſe mpertum affirmat, cum ab ignaris quibuſ-m Delphinatûs Pharmacopœis vice Poly-odii medicamentis immitteretur. In Phar-acopolarum quorundam officinis aliquando veni ſub titulo Adianthi albi.

Pag.

Pag. 121. lin. ult.

## *XIII. De Agno Scythico.*

AGnus Scythicus *Offic.* Scythicus Borometz *J. B. Chab. append.* Tartaricus *Act. Philoſ. Lond. N.* 247. p. 461. Frutex Tartaricus *C. B.* Planta - Animal ſeu Borometz, Agnus Scythicus. Scytiſch oder Tartariſch Lam̃ Ex China & Tartaria allata eſt. *Uſu.* Lanugo *Poco Sempi Offic.* Gülden-Mooß. *Muſ. Reg. Soc.* 386. Color eſt luteſcente obſcuro unam circiter quartam unciæ longa. ſerici inſtar ſplendens. *Vires* Adverſus Hæmoptyſin uſurpatur. Doſ. Sex grana. Tres autem doſes curationem perficere traduntur. *D. Brown* apud Chinenſes in frequenti uſu eſſe refert ad ſanguinem è vulneribus recentibus fluentem ſiſtendum, quemadmodum apud nos Aranearum telæ.

Non opus eſt ut hic repetam mirabilem & fabuloſam hiſtoriam hujus plantæ quæ à *Dureto, Scaligero*, aliiſque eorum ſequacibus traditur. Sufficiat dixiſſe, quòd in arcula rariorum *Chinenſium* ad Regiam Societatem *Londin.* miſſ inerat, quòd plus pedem longa erat, carpum humanum craſſa, protuberantiis variis inæqualis, & propè extremum pediculos quoſdam emittens 3 aut 4 uncias longos Filicino caudi exactè ſimiles, lanugine prædicta obtectos. Similitudo quam obtinet cum Filicibus quibusdam arboreis Jamaicenſibus fecit, ut hic tantiſper eam collocem, donec pleniorem ejus cognitionem & hiſtoriam conſequar.

SE(

# SECTIO TERTIA.
## De
## Herbis flore imperfecto ſeu ſtamineo.

Pag. 126. lin. 22. adde:

### I. *De Mercuriale.*

*Cujus Notæ, Folia in caule bina oppoſita, per margines crenata, Florum calices triphylli, Fructus in fœmina didymi,* i. e. *bini conjuncti, ſinguli ſingula ſemina continentes. Calices triphylli etiam in fœmina fructui ſubſunt.* R. Meth. p. 20.

A. 1. Mercurialis *Offic. Schrod.* mas & fœmina *Ger. Park. J. B. Chab.* annua *H. Ox.* annua glabra fulgaris *R. Synop.* teſticulata ſive mas Dioſcoridis & Plinii *C. B.* ſpicata ſive Fœmina Dioſcoridis & Plinii *ejuſd.* Bingelkraut/ Weiblein. In hortis & incultis reperitur. Ætate floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Calfacit & ſiccat, abſtergit, alvum movet, bilem ac aquas purgat. Extrinſecus vulvæ adhibita Menſes & ſecundinas trahit, tumores emollit, creberrimi uſus eſt in clyſteribus. *Schrod.*

A. 2. Cynocrambe *Offic.* mas & fœmina *Ger. emac.* mas & fœmina ſive Mercurialis repens *J. B. Chab.* Mercurialis perennis repens Cynocrambe dicta *R. Synop.* ſylveſtris Cynocrambe dicta mas & fœmina *Park.* montana teſticulata & ſpicata *C. B.* Hundskraut/Hundskôle. In ſylvis & ſepibus. Vere floret. *Uſu.*

Herba. *Vires.* Hæc quamvis *Prævotio* eaſdem cum præcedente vires obtinere dicatur; effectus tamen quos in nonnullis prope *Salopiam* eam comedentibus produxit, eam Soporiferæ & malignæ qualitatis participem eſſe convincunt.

Quænam planta ſit *Cynia* ſeu *Cynocrambe Dioſcoridi* dicta *Botanici certant, & adhuc ſub judice lis eſt. Cæſalpinus* Atriplicis ſpeciem eſſe vult. *C. Bauhinus* Parietariæ. *Lonicerus* ad Apocynum eam refert. *Matthiolus* ad plantas quas hic exhibeo, quæ quidem cum *Dioſcoridis* deſcriptione aliqualiter conveniunt, præſertim fœmina.

3. Phyllon *Offic.* Arrhenogonon & Thelygonon *Chab.* Arrhenogonon & Thelygonon folio incano Monſpeſſulana *J. B.* Arrhenogonon ſive marificum & Thelygonon ſive fœminificum *Ger.* marificum & fœminificum *Park.* teſticulatum & ſpicatum *C. B.* Mercurialis perennis maritima incana Phyllon dicta teſticulata & ſpicata *H. Ox.* fruticoſa, incana teſticulata & ſpicata *El. Bot. T. Inſt.* Kinderbingel-Kraut. In hortis curioſorum apud nos reperitur. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Mauritanis ad muliebres morbos magno in uſu eſt. *Cluſ.* Illius decoctum demorſis à cane rabido commendant aliqui. *Magnol*

## *VI. De Ambroſia.*

*Fructu echinato monoſpermo, à flore remoto, foliis lacinitatis à reliquis differt.*

Am-

Ambroſia *Offic. Ger. Chab.* hortenſis *Park.* hortenſis lanuginoſa *H. Ox.* maritima *C. B.* quibuſdam. *J. B.* foliis Abſinthii odoratis humilior *Herm. Cat.* Ambroſien Kraut / Tauben Kraut / Eich aus Cappadocia. Apud nos in hortis colitur. *Uſu.* Herba. *Vires.* Repellendi & reprimendi facultatem obtinet *H. Ox.* Vim habet aſtringentem, inquit *Galenus.*

Ambroſia à *Dioſcoride* in hunc modum deſcribitur: *Puſillus frutex eſt, ramoſus trium palmarum altitudine: foliis Rutæ, circa imum caulem exiguis: cauliculi ſeminibus, perinde quaſi racemulis gravidi, qui nunquam florem pariunt, odore vinoſo ſuavi: radice tenui ſeſquipedali.* Cujus deſcriptionis brevitas non levis controverſiæ & diſſenſionis inter Autores occaſio fuit, *Nicander* referente *Anguillario* pro Lilii ſpecie eam habet, *Cordus* ad Tanacetum refert, *Lonicerus*, *Lacuna* aliique ad Abrotonum: *Tabernæmontanus* ad Artemiſiam, *Matthiolus* ad Naſturtii genus, *C. Bauhinus* & ſequaces ad plantam hic traditam, quibus & nos potiùs conſentimus. *N. B. Catalogum* Pharmacopœiæ Londinenſi *præfixam* Ambroſiam a Botrye *non diſtinguit, ſed utramque unius plantæ ſynonymam facit.*

Pag. 128. lin. 12. verbo *eſt* adde:

Ad necandos Vermes in corpore humano inſigne eſt remedium. *Harlow. in Med. Curioſ. ſub titulo*, Mexico-Saamen.

## X. De Lapatho.

Pag 130. lin. 30.

AN Rhaponticum Antiquorum & Rhabarbarum modernorum ſit una & eadem ſpecie planta, à Botanicis controvertitur (u rectè obſervat clariſſimus & eruditiſſimus *D Raius*) aliis eandem eſſe affirmantibus, alii negantibus: Nonnulli etiam ſibi non conſtant, & nunc eandem nunc diverſam affirmant, quorum ſententias & rationes vid apud *J. Bauhinum in Appendice Tom. 2. Hiſtori Plantarum.* Id tamen hoc in loco cum *Alpin* obſervabo, Plantam hanc verum eſſe *Dioſcoridis* Rhaponticum à Rhabarbaro Officinarum omnino diſtinctum, ut ſuo in loco oſtendam eamque radicem quæ in Pharmacopœorum & Pharmacopolarum Officinis pro Rhapontico divenditur hujus plantæ radicem no eſſe, ſed Centaurii majoris cujuſdam ſpecie ut eodem in loco demonſtravi.

Pag. 131. lin. ult. ſubjunge:

Hanc plantam veram & genuinam Dioſcoridis Britannicam eſſe contendit *Muntingiu* ſiquidem deſcriptionibus ejus, inquit doctiſſimus *D. Raius*, quæ apud veteres extant tu facie tum viribus per omnia reſpondeat.

Pag. 132. lin. 9. adde:

A. 6. Lapathum ſanguineum *Offic. Par* ſativum ſanguineum *Ger.* ſanguineum ſiv ſanguis Draconis herba *J. B. Chab.* folio acuto rubente *C. B.* DrachenBlut/ roht blätterich

Me

Mengelwurtz. In hortis colitur. Junio floret. *Uſu.* Folia, Semen. *Vires.* Folia alvum cient n juſculo. *Semen* pulverizatum & in aliquo lecocta aſtringente potum ſingularem habet fficaciam in ſiſtendis nimiis menſibus & ſimiibus fluxibus. *Cam.*

At perperam eos omnino facere, qui ſucum hujus Lapathi Sanguinem Draconis Officinarum vel nuncupant vel ſuſpicentur. *hab.*

Pag. 132. lin. 30. verbo *Foliorum* ſubjunge:

*Vires.* Palato gratior eſt quam vulgaris, elleque omnia præſtat quæ illa. *Chab.*

Pag. 133. lin. 4. ſubjunge:

## XIII. De Fegopyro.

*NOTÆ ſunt floſculi pentaphylli ſpecioſi, in ſpicis e foliorum alis egreſſis Semine triquetro cum congeneribus convenit, ejus tamen colore ſordidiore & grandi eſculenta ab iisdem differt.* R. Synop. p. 58.

A. Fegopyrum *Offic.* vulgare erectum *El.* *T. Inſt.* Dodonei *H. Ox. R. Synop. Volck.* igotriticum *J. B. Chab.* Tragopyrum *Ger. emac. Pak.* Frumentum Saracenicum Matthioli ulgo Fagopyrum *Herm. Cat.* Eryſimum cereale ſeu Theophraſti folio hederaceo *C. B.* Buchweitzen/Heidenkorn Seritur in agris, Juio floret. *Uſu.* Semen triangulum colore ordidum. *Vires.* Minus nutrit quam Hordeum aut Secale.

Pag. 133. lin. pro Capite XVII. adde:

## *XVII. De Potamogeitone.*

*Potamogeitonis notæ ſunt in aquis naſci; flores ſpicati, quadrifolii, quorum ſingulis quaterna continentur ſemina; florum ſpicæ pediculis oblongis inſidentes.* R. Synop. p. 62.

A. Potamogeiton *Offic. Chab.* rotundifolium *C. B.* rotundioro folio *J. B.* latifolium *Ger.* Fontalis major latifolia vulgaris *Park.* Saamkraut. In aquis ſtagnantibus & piſcinis frequens. Junio & Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Refrigerat & inſpiſſat: pruriginibus utile, & contra vetera ulcera & nomas. *Dioſc.*

## *XVIII. De Atriplice.*

Pag. 134. pro 2da ſpecie Atriplicis adde:

2. Halimus *Offic. Chab.* Cluſii *J. B.* latifolium *Ger.* latifolius ſive fruticoſus *C. B.* latifolius, ſive Portulaca marina incana major *Park.* Atriplex Halimus dicta latifolia *R. H.* latifolia, ſeu Halimus fruticoſus latifolius *H. Ox.* maritima fruticoſa Halimus dicta latifolia *B. Al.* Meer-Gewächs / Meerburtzel. In ſepibus mari proximis, regionibus calidioribus, floret æſtate. *Uſu.* Radix. Folia. *Vires.* Radix convulſa, rupta, torminaque mitigat, drachmæ pondere in aqua mulſa pota: eadem lactis ubertatem facit. Folia decoquuntur ciborum gratia. *Dioſc.*

*XIX. De*

# *XIX. De Blito.*

Pag. 135. lin. 4. verbo *humectat* adde: ſtur oleris modo, alvo utile eſt. *Dioſc.*

A. Atriplex ſylveſtris *Offic. J. B. Chab.* ſylveſtris altera *C. B. Ger. emac.* ſylveſtris olio ſinuato ſaturate virente ſpica rubra *H. Ox.* Chenopodium folio laciniato coma purpuraſcente *T. Inſt.* Wilde Melte. In fimetis. Eſtate floret. *Uſu.* Herba, Semina parva, compreſſa, rotunda, nigra ſplendentia. *Vires.* Alvum mollit. Panas diſcutit ſive crudum ive coctum illinatur. Semen cum aqua multa potum Regium morbum ſanat. *Dioſc.*

A. 3. Atriplex olida *Offic. Ger.* fœtida *C. B. J. B. Chab.* olida ſive ſylveſtris fœtida *Park.* Blitum fœtidum Vulvaria dictum *R. Synop.* Chenopodium fœtidum *El. Bot. T. Inſt.* Stinckende Melte. In locis ruderatis & in fimetis. Auguſto floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Uterina eſt, menſes provocat, fœtum mortuum ſecundinamque expellit, in Hyſtericis multùm prodeſt.

A. 4. Pes anſerinus *Offic.* Atriplex dicta: Pes anſerinus *J. B. Chab.* ſylveſtris latifolia *C. B.* ſylveſtris latifolia ſive Pes anſerinus *Ger. emac. Park.* Blitum Pes anſerinus dictum *R. Synop.* Chenopodium Pes anſerinus primum Tabernamontani *El. Bot. T. Inſt.* Gänſe-Fuß/ Säu-Todt. In fimetis. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Viribus præſtat, quibus & præcedentes.

Pag. 136. lin. 27. adde:

Coquitur cum lenticula ut ventrem ſiſtat: quod magis radice ejus præſtatur. *Dioſc.*

Pag. 138. lin. ult. ſubjunge:

## XXIV. De Percepier.

*SITU florum in foliorum alis, calicibus quadripartitis, ſeminibus in ſingulis utriculis ſingulis ab Alchimilla differt, ut omnino genere diſtinctum ſit* R. Meth. A. p. 23.

A. Percepier *Offic.* Anglorum *Ger. emac.* Anglorum quibuſdam *J. B. Chab.* Polygonum Selinoides *Park.* Chærophyllo nonnihil ſimilis *C. B.* Alchimilla annua minima hirſuta foliis infernè albicantibus *H. Ox.* Engliſche Steinbrech. Inter ſegetes & in ſolo reſtibili ſteriliore. Æſtate floret *Uſu.* Herba. *Vires.* Vehementer & repentè urinas ciere & calculum comminuere creditur. *R. Synop.*

## XXV. De Camphorata.

Pag. 139. lin. ult. verbo *Herba* adde:

*Vires.* Siccat & aſtringit, nervorum genus roborat, confert in doloribus Arthriticis, Spaſmis, Paralyſi, defluxionibus oculorum, Catarrhis, Cephalica eſt planta.

## XXVI. De Kali.

Pag. 141. lin 12. ſubjunge:

AT neque ex hac herba ſola conficitur Soda, ſed nonnullis in locis Fucos aliaſque plan-

lantas marinas urunt ad eum uſum. Item d cineres clavellatos pro Sapone communi fficiendo ſilicem fœminam urunt una cum ramine, in lixivio cinerum ligni prius maerato. *Harvici* inſuper mihi narratum eſt, uod lixivium quo ibi utuntur ad linteamina nundanda è Lupuli viminum exſiccatorum ineribus paratum eſſe.

---

# SECTIO QUARTA.
## Herbæ flore aggregato ſeminibus papposis.

### I. *De Lactuca.*

Pag. 143. lin. 21.

A Lactuca ſylveſtris *Offic.* ſylveſtris coſta ſpinoſa *C. B.* ſylveſtris laciniata *Park.* ſylveſtris foliis diſſectis *Ger. emac.* ſylveſtris, ſeu Endivia multis dicta folio laciniato, dorſo ſpinoſo *J. B. Chab.* Wilder Lattich/Leber-Diſtel/Gänß-Zung. Ad ſepes. Junio floret. *Uſu.* Herba, Semen. *Vires.* Dolores mitigat, ſemen minuit, libidinem ſupprimit, & Venerem arcet. *Dioſc.*

3. Chondrilla prima *Offic. Dioſc.* cærulea *Ger.* cærulea altera Cichorei ſylveſtris folio *C. B.* cærulea latifolia laciniata *ejusd.* & *Park.* cærulea ſive purpurea *ejusd.* Chondrille vel Chondrilla *Chab.* vel Chondrilla cærulea *J. B.*

Lactuca ſylveſtris perennis, purpuro cæruleo, laciniato longo folio *H. Ox.* perennis humilior flore cœruleo *El. Bot. T. Inſt.* Chondrillen Kraut / klein Sonnenwirbel. In Italia & Germania in locis incultis creſcit. Æſtate floret. *Uſu.* Herba.

Hanc plantam Chondrillam primam Dioſcoridis exiſtimo.

## II. De Chondrilla.

*NOTÆ ſunt, florum cipitula ſeu cauliculos Lactucæ minores habere caulibus ſecundum longitudinem preſſius junctos, Folia alterna, lævia, Lactuca anguſtiora, ſemina oblonga, & anguſta.*

Chondrilla altera *Offic.* viminea *J. B. Chab.* juncea *Ger.* juncea viſcoſa arvenſis: quæ prima Dioſcoridis *C. B.* viminalibus virgis *Park.* Lactuca ſylveſtris viminea *Volck.* ſylveſtris perennis lutea juncea viminalibus virgis *H. Ox.* Acker-Condrillen / Bieß-Condrillen. In arenoſis Germaniæ, Italiæ, &c. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Caules & folia concoquendi vim habent. Succus incommodos palpebrarum pilos reflectit. *Dioſc.*

Hanc pro Chondrilla 2da Dioſcoridis *Folium ferens oblongum, circumroſum, humi ſparſum: caulem ſucco madentem luteo: radice tenui rotunda lævi, vegeta flaveſcente ſuccoſa*, potius habendam exiſtimo quam Chondrillam bulboſam *C. Bauhini.*

*Dioſcorides* duo hujus plantæ genera memorat. De priore hæc habet, *Caulem, flores*

*& fo-*

ſ *folia habet Cichorio ſimilia: qua ex cauſa non-*
*lli ſylveſtris* Intybi *ſpeciem eſſe pronunciarunt, ve-*
*m tenuior tota eſt.* Ideoque neque Chondril-
juncea viſcoſa arvenſis *C. B.* neque Chon-
rilla prior legitima *Cluſii* eſſe poteſt, cum ea-
m utraque flores luteos habeat, ſecus quàm
ichoreum, quod cœruleos obtinet.

## III. De Soncho.

Pag. 144. lin. 10. ſubjunge:

A. Hieracium majus *Offic.* majus folio Sonchi vel Hieracium Sonchites *C.B.* Sonhus Hieracites major repens cauliculo hirto inter ſegetes *H. Ox.* repens multis Hieracium majus *J. B.* repens multis, quibuſdam Hieracium majus *Chab.* arboreſcens *Ger. Park.* ...er arboreſcens paluſtris Hieracii facie ...m. *Cat.* Groſſe Gänſe-Diſtel / groß Sonchen-kraut. In arvis. Julio floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Vim refrigerandi habet & modice ſubſtringendi, inflammationibus prodeſt. Herba cum radice illata, vibratis à Scorpione ...ibus auxiliatur. *Dioſc.*

Pag. eadem lin. 20. adde:

*Vires.* Vim ſuam ad ea ad quæ ſuperior impendit. *Dioſc.*

## V. De Pulmonaria Gallica.

A *Reliquis Hieraciis differt ſemine parvo brevi nigro: ab Auricula muris, quod folia pilis longis ... non ſint, quemadmodum illius, & in pleriſque ...bus laciniata aut dentata.* R. Meth. p. 30.

A. 3.

A. 3. Pulmonaria Gallica & Pulmonaria aurea *Offic.* Gallica Phthiſica ſive aurea latifolia *Ger. emac. Herm. Flo. Alt.* Hieracium murorum folio piloſiſſimo *C. B.* latifolium hirſutum folio unico cauli inſidente *H. Ox.* murorum Bauhini, quod eſt Pulmonaria Gallorum Lobelii *Park.* Piloſella major quibuſdam, aliis Pulmonaria flore luteo *J. B. Chab* Buchlattich, Frankſch oder gülden Lungen Kraut. In ſylvis, muris antiquis & aggeribus umbroſis. Junio & Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum Pulmonaria maculoſa viribus convenit.

Pag. 146. lin. 12. ſubjunge:

## IX. De *Tragopogone.*

*INſigni notâ à reliquis differt, quod calycis floris radii ipſius folia ſeu petala longitudine excedant, folia herbæ gramineæ imitantur.* R. Synop. p. 76.

A. Tragopogon *Offic. Chab.* luteum *Ger. Park. parad.* pratenſe luteum majus *C. B.* flore luteo *J. B.* Bocksbaert mit gelben Blumen. In pratis & paſcuis. Junio & Julio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Radices valde nutriunt, unde tabidis & macilentis conducunt. Vitiis pectoris, tuſſi & reſpirationi difficili, nec non pleuriſi mederi dicuntur. Urinæ ſtillicidio ſubveniunt, & calculum expellunt, lancinationibus æſtuantibus ventriculi & thoracis auxiliantur.

Her-

# Herbæ flore aggregato ſeminibus pappo deſtitutis.

Pag. 147. lin. ult. ſubjunge:

## XII. De *Lampſana.*

*Floribus caules & ramulos terminantibus cum Hieracio convenit, à Cichorio differt: ſeminibus ſolidis ſeu pappo deſtitutis cum hoc convenit, ab illo diverſum eſt.* R. Synop. p. 77.

A. Lapſana *Offic. Ger.* ſive Lapſana *Chab.* vulgaris *Park* Dodonæi *J. B. El. Bot.* Soncho affinis Lampſana domeſtica *C. B.* Cichorio affinis Lampſana domeſtica, *Mor. Prælud. Bot.* Intybus ſive Endivia erecta lutea Napifolia, Lampſana dicta *H. Ox.* Sonchen Kraut/wilder Kohl. In hortis & incultis frequens. Junio & Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Efficax eſſe cenſetur in ſanandis papillis ulceratis, unde & nomen papillaris ſortita eſſe videtur *R H.* Reſiccantem ac extergentem, & nonnihil dirigentem facultatem obtinet: folia caulisque coquuntur & in cibum recipiuntur. *H. Ox.*

Quæ veteribus fuerit Lampſana non facile eſt nobis explicare, *Dioſcoridi* ſylveſtre eſt olus, plus nutriens quàm Lapathum, ac cujus caules & folia cocta eduntur. Lampſanæ autem nomine variæ ac diverſæ à ſcriptoribus botanicis donatæ fuere plantæ.

*XIII. De*

## XIII. *De Seſamoide.*

*FLore eſt radiatò, floſculis marginalibus iis qu diſcum medium componunt, multo longioribus.* R Meth. p. 31.

Seſamoides parvum *Offic.* parvum Matthic li *Ger.* Chondrilla Seſamoides dicta *Park.* cæ ruleo Cyani capitulo *C. B.* Catanance quc rundam *El. Bot. T. Inſt.* Dalechampii flore Cya ni folio Coronopi *J. B. Chab.* Cichorium Cya ni capitulo *Mar. Prælud. Bot.* cæruleum Coro nopi foliis anguſtis, caliculis ſquamatis ar genteis *H. Ox.* Seſamoides Kraut. In aridi locis transmarinis calidioribus. Junio flore *Uſu.* Herba. *Vires.* Detrahit bilem, pituito ſosque humores, illitum ex aqua tumores a tubercula diſcutit. *Dioſc.*

Seſamoidis duæ ſpecies à Dioſcoride me morantur & deſcribuntur. Verum deſcri ptiones ejus adeò breves ſunt & obſcuræ, u quænam ſit major ejus ſpecies ad hanc uſqu diem dubium & incertum maneat, nonnul lis ad Helleborum eam referentibus, aliis a Reſedam, aliis ad Thymelæam: De mino re etiam ſpecie variæ opiniones ſunt, verùn quam hic exhibeo cum deſcriptione Dioſco ridis, quam ſubjungo, omnium optimè con venit.

*Seſamoidi parvo cauliculi ſunt dodrantales: foli Coronopi, minora, hirſutiora: & in cauliculorum cacumine capitula florum pene purpureorum medi eorum albo: Semen Seſame fulvum amarum: radi. tenuis.*

## XIV. *De Scolymo Theophraſti.*

*NOTÆ ſunt Folia ſpinoſa Carduo ſimilia, floſculi & ſemina foliolo ad ſingula appoſito ſeparata.* ., Meth. A. p. 31.

Scolymus *Offic.* Chryſanthemus *C. B.* Theo-hraſti ſive Eryngium luteum Monſpelien-um *Park.* Eryngium luteum facie Cardui *lerm. Cat.* Carduus chryſanthemus Narbo-enſis *Ger.* Spurius chryſanthemus Narbo-enſis *Volck.* Spina lutea *J. B.* lutea, Scoly-ius Theophraſti, Eryngium luteum Mon-elienſium *Chab.* Cichorium luteum Scoly-ioides ſpinis horridum Narbonenſe *H. Ox.* ichorio affinis, chryſanthemus aculeata ardui facie perennis *P. Al.* Gülden Diſtel. 1 Italia reperitur. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum ryngio viribus convenire creditur.

---

# SECTIO QUINTA.

## De Herbis flore compoſito diſcoide pappoſis.

### *III. De Conyza.*

Pag. 150. lin. 7. ſubjunge:

CONyza major *Offic. Ger.* major vera *H. Ox.* major verior Dioſcoridis *Park.* mas Theophraſti major Dio-ſcoridis *C. B.* major Monſpelienſis odo-

odorata *J. B.* Conyza Pulicaria *Chab.* Virga aurea major foliis glutinoſis & graveolentibus *El. Bot. T. Inſt.* Groſſe Dürrwurtzel. In Italia, &c. juxta vias paſſim provenit. Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Suffitu venenatas beſtias fugat, culices abigit, & pulices necat *Dioſc.*

Pag. eadem lin. 17. ſubjunge:

3. Conyza minor *Offic.* minor vera *Ger. H. Ox. J. B. Chab.* minor vera Penæ *Park.* fœmina Theophraſti minor Dioſcoridis *C. B* Virga aurea minor foliis glutinoſis & graveolentibus *T. Inſt.* Kleine Dürrwurtzel. In calidioribus regionibus juxte mare reperitur. Autumno floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum primo viribus convenit.

## *IV. De Tripolio.*

*Herba eſt flore compoſito in pappos abeunte, inodora, foliis integris & indiviſis, innoxia* R. Synop. p. 79.

A. Tripolium *Offic. Chab.* majus *ejuſd.* majus & minus *J. B.* vulgare majus & minus *Ger.* majus ſive vulgare & minus *Park.* majus cœruleum & minus *C. B.* majus flore albo *Comel. Cat.* flore albo *Brem. P. 1.* flore nudo *R. Synop.* Aſter maritimus cœruleus Tripolium dictus *ejuſd.* maritimus purpureus Tripolium dictus *R. H.* cœruleus glaber littoreus, pinguis Tripolium majus dictus, & littoreus pinguis Tripolium minus dictus *H. Ox.* maritimus paluſtris cœruleus Salicis folio

*El. Bot.*

:l. *Bot.* See Stern-Kraut. In Salſis mariti-nis. Julio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* In vi-no pota ʒii aquam urinamque per alvum ex-rahit *Dioſc.*

## VI. De Doronico.

Pag. 151. lin. 11. adde:

**V***Ires.* Calefacit & ſiccat, tumores diſcutit, Alexipharmaca eſt, &c. *Schrod.* ſed cre-e qui vult, verum enimvero noſtra ſenten-ia venenoſa eſt planta & non ſine periculo mmenda, cui tamen quidam moderni mini-ne aſtipulantur.

2. Doronicum Germanicum & Arnica *Offic.* Germanicum *Park.* Plantaginis folio alterum . *B.* Germanicum foliis ſemper ex adverſo aſcentibus villoſis *J. R. Chab.* Calendula Al-ina *Ger.* Arnica *Schrod.* Gemſen-Wurtz/ Schwindel-Kraut. In montoſis reperitur. Æ-ate floret. *Uſu.* Planta. *Vires.* Calefacit & ccat, partium eſt tenuium, Sudorifica & iuretica nonnunquam & vomitoria, &c. *chrod.* In Officinis noſtris raro aut nunquam ccurrit, pernicioſam eſſe plantam etiam exi-imo.

Aliſma *Offic.* Aliſma Matthioli ſive Planta-o montana *J. B.* Doronicum Pannonicum xtum *Cluſ.* Doronico affine Aliſma Matthioli u potius Plantago montana *Chab.* Ungari-he Gemſen-Wurtz. In Pannonia. Majo flo-et. *Uſu.* Folia. *Vires.* Planta vulneraria & ſcuſſoria reperta eſt frequenti experientia

utpote unica & optima Panacea ab alto lapſorum *Ephem. Germ. Anno* 9 & 10.

## *VIII. De Virga aurea.*

Pag. 152. lin. 8. ſubjunge:

3. HErba Doria *Offic.* Doria Lobelii *Ger.* Doria vulgaris *Park.* Virga aurea major vel Doria *C. B.* aurea major carnoſis ſucculentis foliis ad caulem latis *H. Ox.* Aliſma Matthioli ſive Doria *J. B.* ſive Damaſonium, Dorea & virga aurea Monſpelienſium *Cha.* Jacobæa pratenſis altiſſima Limonii folio *El. Bot.* Groß-Gülden Wundt-Kraut. Doria Wundt-Kraut. Ad ripas fluviorum oritur, Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Vulneraria eſt inſignis & cum priore viribus convenit.

## *VIII. De Helichryſo.*

Pag. eadem, lin. 23. ſubjunge:

2. CHryſocome *Offic.* peregrina major fruteſcens *Breyn. Cent.* Elichryſon Orientale *C. B.* Helichryſum ſive Chryſocome fruteſcens latifolia flore corymbifero toto aureo *H. Ox.* Heliochryſum Orientale ſive Amarantus luteus *Park.* Stœchas citrina floris magnitudine, & colore ſpecioſa *J. B. Cha.* Gnaphalium Alexandrinum ſive Stœchas citrina Orientalis *H. R. P.* luteum peregrinum ſpecioſo flore *Volck.* Orientaliſche Rhein-Blumen/gelbe breit blätterigte Rhein-Blumen. In

Creta

Creta Inſula reperitur. Julio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Excalfacit & adſtringit: his conveniens quos jecur, aut pulmonis inflammatio malè habet, contra purgationes Vulvæ decocta cum Hydromelite aſſumitur *Dioſc.*

## *IX. De Jacobæa.*

*A Cæteris papposis non lacteſcentibus foliis laciniatis. floribus flavis radiatis in umbellas digeſtis differt.* R. Synop. p. 82.

A. Jacobæa *Offic. Ger.* ſive Jacobi flos *Chab.* vulgaris *J. B.* vulgaris major *Park.* vulgaris laciniata *C. B.* St. Jacobs Kraut. In paſcuis humidioribus ad vias & locis incultis. Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Herba *Vires.* Cum Senecione vires & facultates eaſdem obtinet *Trag.* Imprimis autem Vulneribus, inflammationibus & fiſtulis medetur *R. H.* p. 285. Calidum cataplaſmatis formâ adverſus ventris tormina, (quæ miſerè Diſenteriâ affectos excruciant & tantum non interimunt) felici ſucceſſu fuiſſe abdomini applicatum obſervat *Hofman.*

Pag. 153. lin. 19. ſubjunge:

## *XII. De Cacalia.*

*NOTÆ ſunt Calix floris integer, tubi cylindrici formâ, ad margines duntaxat denticulatus, floſculi quadrifidi, folia ſubrotunda, integra ſerrata* R. Meth. A. p. 34.

Cacalia *Offic.* quibuſdam *J. B.* incano folio

*Ger.* folio rotundo incano *Park.* foliis craſſis hirſutis *C. B.* ſive Leontice Veterum quibuſdam: aliis vero Tuſſilaginis ſpecies *Chab.* Cacalia, fremder Hufflattig. Ad Sylvarum margines, inter frutices & umbroſis in locis, Junio & Julio floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* In tuſſi & Scabritie arteriæ aſperæ commendatur. Succus ejus defluens prodeſt arteriæ aſperæ ſimiliter ut Glycyrrhiza: *Galen.*

## XIII. De Bacchare.

F*Loribus nudis, foliis integris odoratis, ſapore acri & amaro, necnon magnitudine ſua à reliquis hujus generis diſtinguitur* R. Synop. p. 83.

A. Baccharis *Offic.* Monſpelienſium *Ger. Park.* Conyza major vulgaris *C. B.* major Matthioli, Baccharis quibuſdam *J. B.* Conyzæ majoris genus Baccharis quibuſdam *Chab.* Eupatorium montanum Verbaſci folio vulgatius Baccharis dictum *H. Ox.* Gemeine Dürrwurtz. In montoſis ſiccioribus & in aggeribus. Autumno floret. *Uſu.* Folia, Radix. *Vires.* Radix in aqua decocta, ruptis, vulſis, ex alto præcipitatis, ſpirandi difficultati ſalutaris, &c. Folia adſtringunt. Capitis dolore proſunt, &c. odor ſomnum gignit *Dioſc.*

Quænam planta ſit Baccharis *Dioſcoridis* inter Botanices ſcriptores dubium adhuc manet, aliis ad Conyzam, aliis ad Gnaphalium, nonnullis ad Aſterem eam referentibus.

## XIV. De Gnaphalio.

Pag. 154. lin. 10. adde:

GNaphalii hiſtoriam adeo paucis perſtrinxit *Dioſcorides*, ut non modo difficile, ſed etiam impoſſibile videatur (ut recte obſervat *Matthiolus*) ut quiſquam conjicere ac diſcernere poſſit, quænam planta ſit, quæ verum repræſentat: Nos ad ſpeciem vulgatiſſimam potiùs referendam cenſuimus, ut quæ omnium frequentiſſima occurrat.

2. Leontopodium *Offic.* majus *Park.* Gnaphalium Alpinum *Ger.* Alpinum magno flore folio oblongo *C. B.* Alpinum pulchrum *J. B. Chab.* Filago Alpina capite folioſo *T. Inſt.* Löwen-Fuß. In montoſis. Julio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Appenſam ad amatoria prodeſſe & tubercula diſcutere tradunt. *Dioſc.*

---

# SECTIO SEXTA.
# De Herbis Capitatis.

## I. De Cinara.

Pag. 155. lin. 11. ſubjunge:

2. SColymus ſylveſtris *Offic.* Dioſcoridis *Park.* Cinara ſylveſtris *ejuſd. Parad. Ger.* ſylveſtris latifolia *C. B.* Carduus Scolymus ſylveſtris *J. B.* ſive Scolymus ſylveſtris; Scolymus Dioſcoridis *Chab.* ſive Cinara ſylvèſtris latifolia *H. Ox.* Wilde-Erdſchocke. In Italia & Gallia occurrit. *Uſu.* Flos.

*Vires.* Contra ſterilitatem valere & gravidarum partus ad juſtum tempus conſervare, vulgus arbitratur. Lac coagulat. *Magol.*

3. Cactos *Offic.* Scolymus *Chab.* Carduus eſculentus *Park. parad.* ſive Scolymus ſativus ſpinoſus *J. B.* ſpinoſiſſimus elatior Chardone dictus *H. Ox.* Cinara ſpinoſa cujus pediculi eſitantur *C. B.* Artiſchocke/ Erdſchocke. In Italia invenitur. *Uſu.* Pediculi foliorum Terrâ obruti candidi à cute emundati. *Vires.* Cum reliquis viribus conveniunt. Hyeme crudi cum ſale & pipere in cibos veniunt *C. B.*

4. Coſtus nigra *Offic.* Cinara ſylveſtris Cretica *C. B. Park.* Carduus Agriocinara Cretenſium ex quo Coſtus nigra Officinarum *J. B.* Agriocinara Cretenſium *Chab.* Candiſche Erdſchocke. In Creta reperitur. *Uſu.* Radix nigra.

*Bellonius* Pharmacopolas Gallicos radicem hujus pro *Coſto Indico vero* divendere ſcribit, & apud veteres in uſu fuiſſe credit.

5. Carduus pinea *Offic.* pinea Theophraſti *Alp. Exot.* Creticus humillimus integris & anguſtis foliis *H. Ox.* pinea ſeu Ixine Theophraſti *Park.* Carlina acaulos gummifera *C. B.* Cinara acaulis gummifera *R. H.* p. 301. Cnicus Carlinæ folio, acaulos, gummifer aculeatus, flore purpureo & flore albo *T. Coroll.* Fichten-Diſtel. In Inſula Creta invenitur.

## II. De Carthamo.

Foliis lævibus viridibus, floribus crocei coloris in capitulis modice ſpinoſis, ſemina alba quadrangula continens pappo deſtituta à reliquis differt.

Pag. 155. ante lin. 28. inſere:

## III. De Cnico.

Foliis ſpinoſis mitioribus, capitula foliorum circulo obvallata, floribus flavis ab aliis diſtinguitur.

Pag. 156. lin. 11. add.

## IV. De Cirſio.

Foliis integris, ſpinulis mitioribus brevioribus & minus pungentibus ab aliis differt.

Cirſium *Offic.* foliis non hirſutis, floribus compactis *C. B.* foliis non hirſutis *Ger. emac.* montanum capitulis compactis *Park.* Monſpelianum, folio longo glabro Matthioli *Chab.* Carduus cirſium Monſpeliacum, folio longo Matthioli *J. B.* Carduo-Cirſium foliis non glabro hirſutis floribus compactis *P. Al.* Melanꝭ cholen Diſtel. Juxta Monſpelium variis in locis. Junio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Loco laboranti adalligatum, dolores varicum ſedare ſcripſit *Andreas*.

## V. De Carduo.

Carduus foliis ſpinoſis ſeu aculeis rigidioribus armatis, floribus purpureis, ſeminibus pappoſis à reliquis capitatis diſtinguitur.

Pag. eadem lin. 27. adde:

Acerrimæ facultatis eſt, ſuccus cutem adurit, eſt tamen ad ulcera maligna depurganda utilis. *Bellon. Epiſt. ad Cluſ.*

3. Acanus *Offic.* Theophraſti *Park.* Carduus latifolius achinos obſoletæ purpuræ ferens *C. B.* Theophraſtus-Diſtel. In Inſula Creta reperitur, ubi antequam in caulem abeat comeditur. *Vires.* De viribus hujus Cardui nihil invenio inter authores.

Hanc ſtirpem Acanon veteribus dictam fuiſſe judicat *Bellus* conjecturis non deſpiciendis fretus, quas apud ipſum vide *R. H.* p. 314. Conſule etiam *Parkinſonum* in *Theatro* ſuo *Botanico* p. 974.

4. Acarna *Offic.* Theophraſti *Ger.* major caule non folioſo *C. B. Park.* Acarnæ ſimilis Carduus polyacanthus *Leon di Cardi Moſchio.* Caſabonæ *Chab.* Polyacanthus Caſabonæ Acarnæ ſimilis *J. B.* Carduus polyacanthus folioſo caule, Acarna dictus *Herm. Cat.* poliacanthus caule non folioſo Acarna major dictus *P. Al.* cœruleus procerior, ſpinis ternis per intervalla foliorum marginibus donatus *H. Ox.* ſeu Polyacantha vulgaris *El. Bot.* Fiſch-Diſtel. In Italia ſponte oritur, apud nos in hortis colitur. Julio floret.

A. 5. Acanthium *Offic.* vulgare *Park.* album *Ger.* Spina alba latifolia tomentoſa ſylveſtris *C. B.* alba ſylveſtris Fuchſio *J. B. Chab.* Carduus tomentoſus Acanthium dictus vulgaris *R. Synop.* tomentoſus latifolius ſylveſtris; Spina

l alba vel Acanthium dictus *Herm. Cat.* alatus, ...mentoſus latifolius vulgaris. *T. Inſt.* A...anthum dictus *Volck.* Wollichte-Diſtel/Weg-Diſtel. Ad vias & in incultis Julio & Augu...o floret. *Uſu.* Folia & Radices. *Vires.* Ad ...emedia opiſthotoni bibuntur. *Dioſc.*

## *VI.* De *Calcitrapa.*

*...Apitulorum ſqamis in aculeos rectos, oblongos & ... rigidos exeuntibus: foliis non ſpinoſis à reliquis ...ffert.*

A. Carduus ſtellatus *Offic. Ger.* ſtellatus fo...is Papaveris erratici *C. B.* ſtellatus ſive Cal...itrapa *J. B. Chab.* Stellatus ſive Calcitrapa ...ulgaris *Park.* Jacea ramoſiſſima, capite lon...is aculeis ſtellatim naſcentibus armato *H.* ...x. Stern-Diſtel. Juxta vias publicas in...ue incultis & ſterilioribus, Æſtate floret. *Uſu.* ...los, Semen. *Vires.* Aqua florum, vel pul...is ſeminum Calculum expellit.

Pag. 157. lin. 6. adde:

Frigidæ eſt & temperatæ, atque adeo re...ellentis facultatis; In Eryſipelate, morbo re...gio, palpitatione cordis & uterina ſuffoca...ione prodeſſe dicitur. *H. Ox.*

Pag. ead. lin. 15. ſubjunge:

## *VIII.* De *Jacea.*

A. *Cyano differt figura floſculorum ex quibus totalis flos componitur, profundius, ſc. in longas & anguſtas lacinias diviſis* R. Synop. p. 89.

A. 1. Jacea *Offic.* nigra *Ger. Chab.* nigra vul-

 garis

garis *Park.* nigra pratenſis latifolia *C. B.* nigra vulgaris capitata & ſquamoſa *J. B.* Flocken-Blum. In paſcuis nimis frequens. Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Contra Tonſillarum tumores valet.

2. Stœbe *Offic.* argentea major *Ger.* major foliis Cichoraceis, mollibus, lanuginoſis *C.B.* Salmantica prima Cluſii *Park.* Salmanticenſis prior Cluſii ſive Jacea Intybacea *J. B. Chab.* Jacea Intybacea *Volck.* major foliis Cichoraceis mollibus, flore ſtamineo *H. Ox.* foliis Cichoraceis, villoſis altiſſima flore albo *T. Inſt.* foliis Cichoraceis villoſis altiſſima *El. Bot.* Verſilberte Flocken-Blume. In hortis apud nos colitur. Julio floret. *Uſu.* Herba, Semina. *Vires.* Folia & ſemen aſtringunt, quapropter decoctum Dyſentericis infunditur, auribus quoque purulentis inſtillatur. Illita folia oculis ab ictu cruentis proſunt, & erumpentis ſanguinis impetus cohibent. *Dioſc.*

Tam brevis eſt & imperfecta *Stœbes* deſcriptio apud *Dioſcoridem*, ut Botanicos in varias diſtraxerit ſententias, & ut diverſis plantis id nominis attribuerent, induxerit. Cujus hic loci Synonyma exhibeo, æquo aut forte potiori jure hoc nomen ſibi vendicare poſſit, cum in calidioribus regionibus frequens naſcatur, quam *Jacea magna* cujus iconem *Matthiolus* exhibet, eáve quam *Dodonæus* è *Bibliotheca Cæſarea* hauſit. Quomodo

vires

vires hujus cum ea *Dioſcoridis* conveniunt experimentis factis tempus prodet.]

Pag. 158. lin. 6. poſt verbum *reperitur* adde:

*Radix* craſſa, oblonga, denſa, foris fuſca, intus ad croceum tendens, per tranſverſum ſecta, ſpiras oſtendens, ſaporis amaricantis ſubacris & ſubaſtringentis, odoris non ingrati.

Ibid. lin. 8. verbo *venditur* adde:

Quænam ſit genuinum *Dioſcoridis* Rhaponticum ſuperiùs in Capite de Lapathis oſtendi.

## X. De Serratula.

*Foliis non ſpinoſis à Carduo, iiſdem ſerratis à Jacea differt, omnium partium parvitate à Centaurio majore diſtinguitur.*

A. Serratula *Offic. C. B. J. B.* Tabernamontani *Chab.* purpurea *Ger.* vulgaris flore purpureo *Park.* vulgaris foliis laciniatis *H. Ox.* Jacea nemorenſis quæ Serratula vulgo *El. Bot.* Purpur Scharten-Kraut. In ſylvis & in pratis. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Vulneraria eſt, Ulcera mundat & carne replet, hæmorrhoidum dolores mulcet, enterocelas ſanat, *R. Synop.* p. 88.

## XI. De Bardana.

Pag. 158. lin. ult. ſubjunge:

2. A. Arctium *Offic.* Lappa major montana capitulis tomentoſis ſeu Arctium *C. B.* Bardana major altera *Ger. emac.* major lanuginoſis

noſis capitulis *Park.* Perſonata ſive Lappa altera cum capitulis villoſis *Chab.* altera cum capitulis villoſis *J. B.* vulgaris capitulis minus tomentoſis *R. Synop.* Groſſe Klette/ Groß Docken Kraut In locis ruderatis & ad vias, Julio floret. *Uſu.* Radix, ſemen. *Vires.* Cum priore viribus pollet. Decocta cum ſemine radix in vino dentium dolores mulcet, ſi contineatur in ore decoctum: ambuſta pernioneſque foventur eodem: bibitur adverſus coxendicum dolores & ſtranguriam è vino. *Dioſcorid.*

---

# SECTIO SEPTIMA.

## De Herbis Corymbiferis.

Pag. 160. lin. 33. ſubjunge:

### *I. De Flore Solis.*

*A Reliquis cujuſcunque generis plantis diſtinguitur flore omnium maximo barbulis umbonem medium coronantibus flavis & cuſpidatis.* R. H.

1. Flos Solis *Offic.* Solis major *Ger.* Chryſanthemum Peruvianum ſive Flos Solis *Park. parad.* Indicum, flore & ſemine maximis annuum *Herm. Cat.* Indicum maximum annuum non ramoſum *H. Ox.* Helenium Indicum maximum *C. B.* Herba maxima *J. B. Chab.* Chimalath Peruviana, Flos Solis. *Herm.* Corona Solis Tabernamontani *El. Bot. T. Inſt.* Sonnen Blume. In hortis colitur, Auguſto floret. *Uſu.* Germina floris, Semina oblonga, tumidiuſcu-

diuſcula & nonnihil compreſſa, nigra. *Vires.* Germina cocta Venerem ſtimulant. *Semina* pectus leniunt & ardorem extinguunt, liberalius autem devorata capitis dolorem excitant. Traumatica eſt planta.

2. Battata Canadenſis *Offic.* Battatas de Canada *Park.* & *Parad.* Flos Solis pyramidalis, parvo flore, tuberoſa radice, Heliotropium Indicum quorundam *Ger. ema.* Solis tuberoſus, Indicus, ſive Adenes Canadenſis *Griſl. virid. Luſitan.* Corona Solis parvo flore, tuberoſa radice *El. Bot.* Helianthemum Indicum tuberoſum *C. B.* Helenium Indicum tuberoſum *H. R. P.* Chryſanthemum Indicum radice tuberoſa *Herm. Cat.* perenne majus foliis integris Americanum tuberoſum *H. Ox.* Canadenſe ſtrumoſum *Florent. Sch.* Adenes ſive Flos Solis glanduloſus *J. B.* Indianiſche Zucker⸗Wurtzel. Erdſchocke von Jeruſalem. In hortis apud nos colitur. *Uſu.* Radix in Culinis.

## III. *De Cryſanthemo.*

Pag. 161. lin. 16. verbo *occurrit* adde:

FOlia ſeu Herba ferventi ſtomacho, oculorum inflammationibus, prociduæ ſedi, ac inguinum tumores auxiliantur. Aqua florum ſi bibatur, anginæ & pueris comitiale malum opitulatur. *Dioſc.*

2. Buphthalmum *Offic. Chab.* Cotulæ folio *C. B.* alterum *Matth.* peregrinum *Alp. Exot.* alterum Cotulæ folio *Park. Ger. emac.* tenuifoli-

folium folio Millefolii fere *J.B.* Chryſanthemum Cotulæ folio *Her. Cat.* alterum Cotulæ latiori folio *P. Al.* orientale Cotulæ folio ampliore *H. Ox.* Cotula flore luteo radiato *El. Bot. T. Inſt.* Ochſen Auge/Gold Blume. In locis orientalibus ſponte oritur, apud nos in hortis curioſorum nutritur. Junio floret. *Uſu.* Herba. Flos. *Vires.* Herba vulneraria eſt. Flores cum cerato triti tumorum duritias diſcutiunt. *Dioſc.*

*Buphthalmi* nomine variæ donantur plantæ, *Imperatus* hoc legitimum eſſe ſtatuit, cui & nos ſubſcribimus, Buphthalmum enim Fœniculi folia habere affirmat ipſe *Dioſc.*

3. Chryſanthemum *Offic.* foliis Matricariæ *C.B.* veterum ſeu majus folio valde laciniato *Chab.* majus folio valde laciniato flore croceo *J.B.* Gold Blume mit Metterkraut⸗Blättern. In hortis colitur, ſed rarius. Æſtate floret. *Uſu.* Flores. *Vires.* Cum cerato triti ſteatomata diſcutere produntur. *Dioſc.*

## *VI. De Othonna.*

H*Ujus Notæ ſunt floris calyx integer oblongus, petala lata, ſemina longa compreſſa: folia laciniata Tanaceti æmula* R. H. p. 342.

Othonna *Offic.* Tagetes Indicus, Flos Africanus *Chab.* Tagetes Indicus minor ſimplici flore, ſive Caryophyllus Indicus, ſive Flos Africanus *J.B.* Flos Africanus minor ſimplici flore *Ger.* minor ſimplex *Park.* Tanacetum Africanum ſive flos Africanus minor *C.B.* Chryſan-

ſanthemum Africanum Tanaceti folio procumbens, ſive minus flore ſimplici *H. Ox.* Caryophyllus Mexicanus quintus Tlapalcoſatli Coaxochitl *Herm.* Indianiſche Neglein/ Sammet oder Studenten-Blume. In hortis ſeritur. Æſtate floret. *Uſu.* Succus inſpiſſatus. *Vires.* Oculorum medicamentis adjicitur, ubi expurgare eſt opus: abſtergit enim omnem caliginem. *Dioſc.*

Pag. 162. lin. 17. ſubjunge:

## *V. De Millefolio.*

2. **A**Chillea *Offic.* ſive Millefolium nobile *Ger.* Achillea ſiderites ſive nobilis odorata *Park.* Achillea Millefolia odorata *J. B. Chab.* Millefolium majus album odore Camphoræ *Herm. Cat.* nobile Trago *T. inſt. El. Bot.* nobile & Stratiotes vera Tragi *H. Ox.* Tanacetum minus album odore Camphoræ *C. B.* Edel Garbe/ Weiſſer Reinfaren. In Germania, Italia & Gallia provenit. Julio floret *Uſu.* Herba. *Vires.* Sanguinis fluxus ſeu profluvia ubicunque ſiſtit. Extrinſecus Vulneraria eſt inſignis.

Pag. 165. lin. 11. ſubjunge:

## *X. De Bidente.*

**N**O*TÆ ſunt ſemen cornutum ſeu bidens, folia in caule bijuga, flores interdum radiati, aliàs nudi.* R. Meth. Auct. p. 37.

Acmella *Offic.* Chryſanthemum bidens Zeylanicum Acmella dictum ſeu Bidens Zeylani-

lanicum, flore luteo, Lamii folio *Breyn. Diſſert. Bot.* Cannabina aut Bidens Urticæfolia Indica lithontriptica D. *Hotton, Act. Philoſ. Lond.* N. 257. p. 365. Senecio Indiæ Orientalis Ocymi majori folio profundè crenato *P. Al. Tab.* 315. n. 2. Acmella, Achmella. In Inſula Zeylanica ſat copioſe reperitur, unde in Europam tranſportatur. *Uſu.* Folia, ſemen. *Vires.* Diaphoretica eſt & anodyna, humores viſcidos tenaces attenuat, obſtructiones reſerat, materiam tartaream in renibus vel veſicâ concretam reſolvit, calculoſque aliquomodo frangit. *Semen* in Colica, Febribus & Pleuritide optimum eſt remedium. *Breyn. Diſſert.* p. 14.

Pag. 166. lin. 12. adde:

Prodeſt etiam in Cachexia, ad uterinos frigidos affectus utiliter adhiberi ſolet, menſeſque provocat. Semen lumbricos expellit. *H. Ox.*

## *XV. De Abſinthio.*

Pag. 167. lin. 23.

Cum *Gerardo, C. Bauhino aliiſque* hanc ſpeciem Abſinthium Ponticum *Dioſcoridis* eſſe exiſtimo: Vulgare enim *Romanum* eſt, ſic olim dictum, quòd fuerit Plebi Romanæ ſacrum, & quod in agro Romano antiquiſve ruderibus paſſim inveniatur: *Ponticum* vero à Ponto in quo Plurimum naſci traditur: Unde falluntur qui *vulgare* aliud à *Romano* & *Pontico* exiſtimant.

Pag.

Pag. 167. lin. ult. poſt verbum *convenit* adde:

Sed mitiori, palato etiam magis grato. Ex ongo uſu comorum hujus, quæ Saccharo adervatæ fuerant, Hydropicos quoſdam quaſi eploratos ſanitati reſtitutos ſe noviſſe ſcriit *Matth.*

Pag. 168. lin. 7. ſubjunge:

4. Abſinthium Santonicum *Offic.* Santonicum Gallicum *C. B. Magnol. append.* Franſch-Wurm-Saamen. In Gallia Narbonenſi reperitur cum Seriphio Gallico permixtum. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum Seriphio viribus convenit. *Dioſc.*

Pag. eadem lin. 19. ſubjunge:

Non levis eſt controverſia inter Botanicos de Lumbricorum ſeminibus Officinarum: aliis Zedoariæ ſemina eſſe affirmantibus, aliis Abſinthii: Zedoariæ ſemina non eſſe audacter affirmare auſim, quia hæc rotunda ſunt & fuſca, & vaſculo tricapſulari contenta; quæ notæ Lumbricorum ſemini *Offic.* noſtratibus ſuperius deſcripto nullatenus conveniunt. Alii idcirco, ut dixi, Abſinthii cujuſdam ſemina eſſe opinantur, cujus *C. Bauhinus* in Pinace pag. 139. non pauciores quatuor ſpecies producit, quarum primam & ſecundam, non tantum unam & eandem plantam eſſe credo, verùm illam ipſam quæ noſtra Lumbricorum ſemina profert. *Rauwolfius* eam in *Palæſtina* ubique provenire ſcribit. Utrum ad caput de Abſinthio propriè pertineat,

F

neat, an ad illud de Abrotano potius referenda, impræſentiarum determinare non libet.

6. Santonicum viride *Offic.* Chouan *Pomet.* Grüner Wurm-Saamen. Semini Lumbricorum ſuperius deſcripto ſimile eſt, majus duntaxat, & coloris luteo-viridis. *Vires.* Cum priori viribus convenit.

Huic ſimile ſi non idem me vidiſſe aliquando memini apud Pharmacopolas Londinenſes. *Pometus* ad Pariſios è Turcia primò allatum eſſe affirmat.

7. Helichryſum *Offic. Chab.* Heliochryſon *Park. parad.* quorundam, foliis Abrotani *J. B.* Elichryſon foliis Abrotani *C. B.* Coma aurea ſive Helichryſon *Ger.* Abſinthium tenuifolium corymbis æqualibus ſeu compactis *H. Ox.* corymbiferum annuum *El. Bot. T. Inſt.* Stächas-Blumen / gelbe Rein-Blumen. In hortis apud nos colitur. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Contra ſerpentium ictus, coxendicum dolores, urinæ ſtillicidia ruptaque commendatur, ciet menſes, & ſanguinem concretum diſſolvit, deſtillationes ſiſtit. *Dioſc.*

## *XVI. De Abrotano.*

Pag. 169. lin. 3. ſubjunge:

2. A. Artemiſia tenuifolia *Offic.* tenuifolia ſeu leptophyllos, aliis Abrotanum *J. B. Chab.* Abrotanum campeſtre *Ger. C. B. Park.* inodorum *Schwenck.* Wilde Aber-Raute / wilde Stabwurtz. In locis arenoſis reperitur. Junio flo-

ſloret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Dolorem ventri-
culi & nervorum mitigat.

Pag. 169. lin. ult. ſubjunge:

## *XVIII. De Dracone Herba.*

*FLoſculis in ſpicis diſpoſitis, foliis integris longis & anguſtis à reliquis diſtinguitur.*

Dracunculus *Offic.* hortenſis *C. B.* hortenſis ſive Tarchon *J. B. Chab.* Draco herba *Ger.* herba ſive Tarchon & Dracunculus hortenſis *Park.* Abrotanum Lini folio acriori & odorato *T. Inſt.* mas Lini folio acriori & odorato *H. Bot.* Tragun / Kayſers-Salat. In hortis apud nos colitur. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Excalfacit, incidit, digerit, aperit, menſes provocat, flatus diſſipat, appetentiam excitat, pituitam educit & cerebrum humidum purgat.

---

# De Herbis Corymbiferis affinibus.

## *II. De Dipſaco.*

Pag. 171. lin. 14. ſubjunge:

3. A. Virga Paſtoris *Offic. Park.* Paſtoris vulgaris *J. B. Chab.* Dipſacus minor ſive Virga Paſtoris *Ger. emac.* ſylveſtris capitulo minore, vel Virga Paſtoris minor *C. B.* Kleine wilde Karten-Diſtel. Ad ſepes in humidis & aquoſis. Julio floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Aquam foliorum in appetitu depravato mu-

lierum laudat *Æginet.* Pulvis commendatur in Hæmoptyſi ad ℥i *Prax. Mayern.*

## III. *De Echinopo.*

*INſigni capitis in Sphæricam figuram conglobati notâ ab aliis plantis facile dignoſcitur.* R. H. p. 383.

1. Crocodilion *Offic.* Echinopus *Chap.* major *J. B.* Scabioſa Cardui folio, Sphærocephala elatior *Herm. Cat.* Carduus globoſus *Ger.* Sphærocephalus latifolius vulgaris *C. B.* Sphærocephalus ſive globoſus major *Park.* Groſſe Eberwurtz/Spher-Diſtel/Bollen-Diſtel. In hortis colitur. Æſtate floret. *Uſu.* Radix, Semen. *Vires.* Radix pota ſanguinem copioſum per nares pellit: datur lienoſis, eos evidenter adjuvans. Semen Urinam ciet. *Dioſc.*

*Crocodilion* à *Dioſcoride* ita deſcribitur: *Chamæleontis nigri figuram habet: naſcitur in ſylvis, radice longa, lævi, aliquantulum lata, odore ut Naſturtii acri.* Sed quænam planta ſit, quamvis variæ eo nomine à Botanicis ſcriptoribus appellentur, non ità facilè eſt determinare. Nonnulli *Carlinam* eſſe volunt, alii *Eryngium maritimum.* Utraque opinio à *Matthiolo* ſolide refutatur, cujus rationes apud Authorem requirendas omitto. *Andreas Lucana, Adverſariorum Auctores & Lobelius* in *Obſervationibus,* plantam quam hic exhibeo *Crocodilii* nomine donant, quorum authoritati impræſentiarum ſententiam meam ſubmitto, ut quæ deſcriptio-

tioni ſuperius datæ præcipue convenire videatur.

2. Spina alba *Offic.* alba quibuſdam capite echinato *J. B.* leucas ſive Spina alba *Chab.* Carduus globoſus acutus *Ger.* Sphærocephalus acutus minor *Park.* Sphærocephalus capitulo longis ſpinis armato *C. B.* Echinopus Creticus capite magno aculeato *T. Coroll.* Scabioſa acanthoides conglobato capite, longis ſpinis munito *P. Al.* Spitzige Spher-Diſtel. In hortis curioſorum apud nos colitur. Æſtate florens. *Uſu.* Radix, Semen. *Vires.* Radix cœliacis efficax eſt, urinam ciet, decocta dentium dolori prodeſt. Semen convulſis infantibus, & à Serpente demorſis auxiliatur. *Dioſc.*

Spina alba *Dioſcoridis* quam his verbis deſcribit: *Folia fert albi Chamæleontis, anguſtiora, aliquantum hiſpida, & aculeata: caulem ſupra bina cubita altum, pollicari aut ampliore craſſitudine, albicantem, intùs cavum: in cacumine capitulum ineſt ſpinoſum, echini marini æmulum, ſed minus oblongum: flores purpurei, in quibus ſemen, ceu cnicum, ſed rotundius.* Eſt etiam planta controverſa, quæque eruditorum nonnullorum ingenia vexavit eóſque in partes diſtraxit. *Anguillarius* aliique eam eſſe quam hic damus affirmant, quorum opinio maxime veriſimilis videtur, Autoriſque deſcriptioni præ aliis convenire, ideóque eam ità appellavi.

3. Spina Arabica *Offic.* Carduus ſpinoſiſſimus Sphærocephalus rigidis aculeis armata

*C. B.* ſpinoſiſſimus Sphærocephalus, Cardui Arabici nomine miſſus *Park.* Arabiſche Diſtel. In hortis facile aſſueſcit. Æſtate floret. *Uſu.* Radix, folia. *Vires.* Folia ad Sanguinis rejectiones, menſium abundantiam, cæteraſque fluxiones radix etiamnum valet. *Dioſc.*

Spina Arabica *Dioſcoridis* eſt etiam alia planta ambigua; nec mirum, cùm nihil aliud de eo dicat, quàm *quòd naturâ Spinæ albæ ſimilem eſſe conſtet.* Quod adeò obſcurum eſt, ut nodum hunc *Gordianum* ſolvere ferè impoſſibile fuerit. *C. Bauhinus* eumque ſecutus *Parkinſonus* Plantam de qua hic agimus eo nomine miſſum affirmantes, ut huc referrem mihi autores fuerunt, quamvis *Cæſalpinus* & *Anguillara* ad aliam plantam, nimirum ad Carduum tomentoſum *Adverſariorum* Spinam Arabicam *Dioſcoridis* retulerunt.

4. Ritro *Offic.* Echinopus minor J. B. *Chab.* Carduus globoſus minor *Ger.* Sphærocephalus cœruleus minor C. B. Sphærocephalus minor *Park.* Scabioſa Cardui folio Sphærocephala humilior *Herm. Cat.* Kleine Spher-Diſtel. In hortis etiam colitur. Julio florens. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum primo viribus convenit.

*Ritro*, *Tetralicis* & *Chalceios* plantarum meminit *Theophraſtus*, poſteriorum duarum etiam *Plinius*, nullis deſcriptionibus additis; unde quænam plantæ ſint Botanicorum nemo certò determinare poteſt. *Lobelius* in *iconibus* Echinopum *Chab.* pro Ritro, *Tetralice* & *Chalceio* Ejuſdem Authoris accipit. *Anguillara* &

*Lobe-*

Lobelius Ritro nomine hanc plantam appellantes ut eam hîc collocarem me induxerunt. Huc etiam tranſcribam quicquid de iis *C. Bauhinus* in Pinace pag. 381. habet.

Ῥύθρ. Theophraſtus 6. Hiſt. 3. *hæc ſolum habet: Alia ſupernè cacumine tantum ramos ſpargunt quemadmodum* Ruthrum. *Sunt tamen qui velint mendosè pro* ἠρυγγίς, *apud* Theophraſtum *legi, quod ex* Pliniana lib. 21. cap. 16. *loci illius* Theophraſti *interpretatione colligitur cum ibi non* Ruthrum *ſed* Eryngium *legatur.*

*Hæc libuit aſpergere, cùm huic & ſequentibus, hæc nomina à quibuſdam tribuantur: ut verborum brevitas obſtat quo minus certi quid ſtatui poſſit.*

Τετράλιξ *(quam cum reliquis aculeatis plantis enumerat* Theophraſtus 6. Hiſt. 3.) *inquit, à quibusdam vocata, æſtate floret: Et* Plinius lib. 21. cap. 16. *quædam æſtate florent, ut* Tetralix. *Sed non eſt confundenda cum Erica, quam* Athenienſes Tetralicen *vocant, eodem* lib. 11. cap. 16. *authore.*

Χάλκειος (Ærariam Gaza *vertit*) *apud* Theophraſtum & Plinium *eſſe volunt, cum tamen eius hiſtoria apud neutrum extet: Sic* Theophraſtus 6. Hiſt. 3. *inter natura ſpinoſas* Chalceios, *quæ tamen non aculeatis foliis conſtat: Et* Plinius lib. 21. cap. 16. *Item* Acarna, Leucacanthos Chalceos, &c. *in foliis non habent aculeos.*

## IV. De Eryngio.

Pag. 171. lin. ult. pro 2da & 3tia ſpecie adde:

2. A. Eryngium campeſtre *Offic.* Eryngium *Chab.* vulgare C. B. J. B. mediterraneum *Ger.* mediterraneum ſeu campeſtre *Park.* Braken-Diſtel / Manns-Treu. In Anglia rariùs eſt, in transmarinis autem frequens, Julio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

3. Eryngium trifolium *Offic. Park. R. H.* trifolium Alpini *H. Ox.* Dreyblätterigte Manns-Treu. In hortis curioſorum nonnunquam colitur. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum primo etiam viribus convenit.

---

# SECTIO OCTAVA. De Herbis Monoſpermis.

## I. De Valeriana.

Pag. 173. inter lin. 7. & 8.

2. A. Valeriana ſylveſtris *Offic.* Valeriana *Rivin.* ſylveſtris major. *Ger. Park. C. B.* ſylveſtris magna aquatica *J. B. Chab.* ſive Phu majus ſylveſtre *P. B.* major ſylveſtris foliis latioribus *Mor Umb.* Phu & Valeriana Officinarum Germanorum *Volck.* Groſſer wilder Baldrian. In ſylvis & dumetis præſertim humidis & ad aquas. Majo, Junio & Julio floret. *Uſu.* Radix,

dix. *Vires.* Pulvis ad coch. ſemiſſ. in Vino aut quovis liquore exhibitus, certum eſt remedium contra Epilepſiam. Pueris tamen minore doſi exhibetur in lacte. *Column.* Ruptis, convulſis & ex alto præcipitatis utilis. Ad oris & gingivarum inflammationes, exulcerationes & aphthas prodeſt. *H. Ox.* Contra febres tertianas valet. *Schwab.*

Pag. 173. lin. 22. viribus *Nardi Celticæ* adde:

Calfacit & ſiccat, viriumq́ue earundem eſt cum *Spica Indica*, majore tamen cum utilitate adhibetur in urina cienda, ventriculo roborando, flatibus diſcutiendis. Extrinſecùs additur Malagmatis unguentíſque calfacientibus. *Schrod.*

4. Nardus montana *Offic. Ger. Chab.* montana tuberoſa *Park.* montana radice olivari *C. B.* Valeriana Nardus dicta radice olivari *H. Ox.* Berg-Spicanarde. In montibus Neapolitanis. Æſtate floret. *Uſu.* Radix cum foliis. *Vires.* Ad eadem ad quæ Celticum efficax. *Dioſc.*

## II. *De Valerianella.*

S*Eminibus pappo deſtitutis à Valeriana differt, caulibus dichotomis ab aliis ferè omnibus plantis.* R. Meth. A. p. 44.

A. Lactuca agnina *Offic. Ger. Park.* agnina latifolia *P. B.* agnina vulgò *Herm. Cat.* Valeriana campeſtris inodora major *C. B.* Valeria-

nella arvenſis præcox humilior, ſemine depreſſo *Mor. Umb.* Pſeudovaleriana annua arvenſis præcox, humilis, ſemine compreſſo rotundo *H. Ox.* Locuſta Herba prior J. B. Herba, Pes Locuſtæ *Chab.* Lämmer-Lattich/ Feld-Rapuntzelchen. Inter ſegetes, & in hortis. Vere floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Refrigerat & humectat, facultateque & temperamento haud diſſimilis Lactucæ, cujus loco hybernis & primis veris menſibus inter olera obtinet locum.

## III. De Dentellaria.

*Hujus notæ ſunt fructus oblongi, hirti, villis armati; flores è tubo oblongo in quinque ſegmenta expanſi, & in ſpicas congeſti, folia alterna.* R. Meth. A.

Plumbago *Offic.* Plinii *Ger.* quorundam Cluſii *El. Bot.* Dentellaria Rondeletii *J. B. Chab.* Lepidium Dentellaria dictum *C. B.* Monſpeliacum Dentellaria dictum *Park.* Bley-Wurtz/ Flöh-Kraut. In Gallia & Italia naſcitur. Auguſto floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cauſtica eſt planta. Dolores dentium mitigat carpis applicata, aliis vero manu tantum retenta.

## VI. De Pimpinella.

Pag. 175. lin. 25. pro 2da ſpecie ſubjunge:

2. Cuminum ſylveſtre *Offic. Ger. Park. Chab.* ſylveſtre capitulis globoſis C. B. ſylveſtre primum, valde odoratum, globuloſum J. B.

J. B. Cuminoides vulgare *El. Bot. T. Inſt.* Paſtinaca tenuifolia Cretica capitulis globoſis *Mor. Umb.* Daucus odoratus Creticus Sanguiſorbæ capitulis villoſis *P. Al.* Umbelliferis affinis capitulis globoſis & villoſis *H. Ox.* Wilder Kümmel. In Inſula Creta, &c. locis glareoſis. *Uſu.* Semen. *Vires.* Adverſus tormina inflationesque commendatur; ſingultus ſedat, ſugillata tollit, teſtium inflammationes repellit.

Pag. 176. lin. 10. pro cap. 8. adde:

## *VIII. De Thalictro.*

*Characteriſticæ ſunt folia umbellatarum in modum diviſa, flores ſtaminoſi, ſemina ut in umbelliferis ſtriata.* R. Synop. p. 101.

A. Thalictrum *Offic.* ſeu Thalictrum majus *Ger.* majus vulgare *Park.* majus ſiliquâ anguloſâ aut ſtriatâ C. B. nigrius caule & ſemine ſtriato J. B. *Chab.* Groſſe Wieſen-Raute. In pratis & locis humidis. Junio floret. *Uſu.* Herba, Radix. *Vires.* Ulcera antiqua ad cicatricem perducit. *Dioſc.* Aperit, incidit, alvum movet, urinam ciet, icterum ſanat, peſti reſiſtit. Radix optimum Rhabarbari ſubſtitutum eſſe creditur.

SE-

# SECTIO NONA.

## De Herbis Umbelliferis.

Pag. 182. inter lin. 10. & 11. adde:

### *VI. De Oreoſelino.*

N*OTÆ ſunt folia Petroſelini aut Cicutæ ſimilia, flores roſæ formæ.* R. Meth. A.

1. Petroſelinum montanum *Offic. Schrod.* Oreoſelinum majus Cluſii *H. Ox.* ſive Apium montanum & Apium montanum Dalechampii *Chab. Ger. Mor. Umb.* Apii folio minus *El. Bot. T. Inſt.* Apium montanum vulgatius *Park.* montanum, folio ampliore C. B. montanum Dalechampii J. B. Libanotis montana Apii hortenſis foliis nigrioribus *P. Al.* Berg-Peterſilge. In locis montanis reperitur. *Uſu.* Radix, Semen. *Vires.* Calfacit & ſiccat, alexipharmacum eſt, ſudorificum, diureticum, diſcutiens. Uſus præcip. in calculo renum ac veſicæ, in Peſte, in flatibus, in ſtranguria. *Schrod.*

2. Daucus montanus *Offic.* montanus Apii folio major *C. B.* ſelinoides major *Park.* Libanotis Theophraſti nigra *Ger.* altera quorundam, aliis dicta Cervaria nigra *J. B. Chab.* nigra ſeu Saxifragia Venetorum *Mor. Umb.* Laſerpitium minus Paludapii folio, ſemine criſtato *P. Al.* Oreoſelinum Apii folio majus

*El.*

*El. Bot. T. Inſt.* Schwartze Hirſchwurtzel/Mohr-Kümmel. In montoſis Italiæ. Julio floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Calfacit, aperit, incidit, urinam & menſes ciet, partum expellit, tumores diſcutit.

## X. De Ferula.

Pag. 183. lin. 32. Et omnia ſynonyma deleantur, in quorum loco ſubſtitue ſequentia.

1. FErula Galbanifera *Offic.* fruticoſa ſemper virens, foliis Aniſi, Galbanifera, ex qua Galbanum Officinarum *P. B. P.* Africana Galbanifera, Liguſtici foliis & facie *Par. Bat.* Aniſum Africanum fruticeſcens folio & caule rore cœruleo tinctis *P. P. Tab. 12. f. 2.* fruticoſum Africanum Galbaniferum *H. Ox.* Oreoſelinum Africanum Galbaniferum fruteſcens, Aniſi folio *T. Inſt.* Aniſoides arboreſcens, Liguſtici foliis & facie, flore luteo, Capitis Bonæ Spei *Breyn.* p. 2. An ferula Galbanifera *Lob?*

Pag. 184. lin. 9. ſubjunge:

2. FErula *Offic. Ger.* tenuiore folio *Park.* major ſeu fœmina *Mor. Umb.* fœmina Plinii *C. B.* folio fœniculi, ſemine latiore & rotundiore *J. B. Chab.* Rieſen-Fenchel. In hortis Botanicorum aliquando colitur. Julio floret. *Uſu.* Medulla caulium, Semen, Succus ſeu Gummi Sagapenum dictus. *Vires.* Viridis medulla pota ſanguinem ſpuentibus & cœliacis prodeſt, ſanguinis eruptiones ſiſtit, capitis

pitis dolores lenit. Semen potum tormini-bus auxiliatur. *Dioſc.*

3. Panax Aſclepium *Offic* Aſclepias Ferulæ facie *Ger. emac.* Libanotis Ferulæ folio & ſemine *C. B.* quibuſdam, flore luteo, ſemine Ferulæ *J. B. Chab.* Ferulæ folio & ſemine, ſive Panax Aſclepium Ferulæ facie Lobelii *Park.* Ferula Libanotidis odorem & ſuccum fundens, ſeu Panax Aſclepium *Mor. Umb.* minor *El. Bot.* minor ad ſingulos nodos umbellifera *T. Inſt.* Panax-Kraut/Allheilwurtz des Æſculapius. In *Iſtria* provenit. Æſtate floret. *Uſu.* Flores, Semen. *Vires.* Auxiliarem vim habent flores & ſemina contra ulcera phagedenas & tubercula, ſi trita & cum melle imponantur: adverſus Serpentes ſi vino bibuntur. *Dioſc.*

4. Libanotis altera *Offic.* Fœniculi folio, ſemine foliaceo *C. B.* Panax Aſclepium Anguillaræ & Camerarii *Park.* Ferula folio glauco, ſemine lato oblongo, quibuſdam Thapſia ſerulacea *J. B. Chab.* Thapſier/Candiſche Heilwurtz. In Inſula *Candia* reperitur. Æſtate floret. *Uſu.* Radix, Herba, Semen. *Vires.* Trita omnium herba communiter Hæmorrhoidum profluvia ſiſtit: Sedis inflammationes & condylomata mitigat. Siccæ radices ulcera purgant, menſes & urinas cient. Potum Semen ad eadem pollet. *Dioſc.*

Pag. 185. poſt lin. ult. adde:

## XI. *De Libanotide.*

*NOTÆ hujus generis charaEteriſticæ ſunt folia tenui-*

*nuiter diſſecta, ſemina tumida, nucis Myriſticæ parvæ figura, fungoſâ ſubſtantiâ nucleum ambiente.* R. H. p. 424.

Libanotis *Offic. Chab.* Ferulæ folio, ſemine anguloſo C. B. Cachryophorus quibuſdam floribus luteis J. B. Galeni Cachrys verior *Ger.* Ferulæ folio, ſive Cachryfera, ſive Cachrys vera *Park.* Cachrys ſemine fungoſo lævi *H. Ox.* ſive Libanotis Cachryophoros ſemine fungoſo levi *Mor. Umb.* ſemine fungoſo lævi foliis Ferulaceis *Ejusd. El. Bot.* Weyrauchs-Wurtz/Fenchel-Kraut. In montibus *Italiæ* & *Siciliæ*,&c. Majo floret. *Uſu.* Radix & Semen. *Vires.* Vim habet excalfaciendi & vehementer exiccandi; quare abſtergentibus medicamentis inſeritur. *Dioſc.*

## XII. *De Laſerpitio.*

N*Otæ ſunt Quatuor alæ foliaceæ per longitudinem decurrentes in ſingulis ſeminibus. Alæ hæ membranaceæ in binis ſeminibus dum adhuc viridia & conjuncta ſunt, ſex tantum videntur, binis illis ad baſin ſingulorum ſeminum arctè ſibi invicem commiſſis.* R. Meth. A. p. 48.

Laſerpitium *Offic. Ger.* Gallicum *C. B. Park.* è regione Maſſiliæ allatum *J. B.* lobis anguſtioribus lucidis ſaturatè virentibus pluriſariam diviſis *P. Al.* anguſtifolium foliis conjugatim poſitis quinquifidis *H. Ox.* foliis anguſtioribus dilutè virentibus *Mor. Umb.* Silphium ſive Laſerpitium *Chab.* Laſer-Kraut. In hor-

hortis colitur. Æſtate floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Excalfacit, ſugillatis, ſtrumis ac tuberculis medetur, Iſchiadicis, excreſcentiisque circa ſedem tollendis convenit, Veneri reſiſtit; os commendat. *Dioſc.*

## XIII. De Scandice.

*SEminibus in roſtrum productis, Geranii moſchati roſtra referentibus, ab aliis umbelliferis abundè diſtinguitur.* R. Synop. p. 103.

A. Scandix *Offic. Mor. Umb.* Semine roſtrato vulgaris *C. B.* vulgaris, ſeu Pecten Veneris *Park.* Pecten Veneris *J. B. Chab.* Veneris ſeu Scandix *Ger.* Nadel-Körffel/Venus-Strahl/ Venus-Kamm. Inter ſegetes frequens. Majo & Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Stomacho & Ventriculo utile eſt. Decoctum, veſicæ, renibus & jecinori confert. *Dioſc.*

## XVIII. De Angelica.

Pag. 188. pro Secunda ſpecie Angelicæ adde:

2. A. Herba Gerardi *Offic. Ger.* Podagraria vulgaris *Park.* Angelica ſylveſtris minor ſive erratica *C. B.* Sylveſtris, repens *J. B. Chab.* Podagraria dicta *Mor. Umb.* Geiß-Fuß/ Geiß-Graß. Ad ſepes, præcipue hortorum. Junio & Julio floret. *Uſu.* Radix, Herba. *Vires.* Eiſdem cum Sativa viribus pollere creditur, quamvis languidior ſit. Podagram juvat.

Pag.

Pag. 189. lin. 16. ſubjunge:

## *XXI. De Bulbocaſtano.*

R*Adice eſculenta, foliis tenuiùs inciſis, ſemine longuiſculo glabro, ab aliis Umbellatarum generibus facile diſtinguitur.* R. Synop. p. 105.

A. Bulbocaſtanum *Offic. J. B. Chab. Mor. Umb.* Majus & minus *Ger.* Majus folio Apii *J. B.* Nucula terreſtris major & minor *Park.* Erd-Nuß Erd Caſtanien Sau-Caſtanien. In paſcuis ſolo arenoſo aut glareoſo frequens. Vere floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Venerem ſtimulat, multum nutrit. Cruenta mingentibus & etiam ſpuentibus auxiliatur. *Trall.*

## XXIV. *De Siſaro & Amomo.*

Pag. 191. lin. 16. pro 3a, 4ta & 5ta Specie adde:

3. SEcacul *Offic.* Siſarum Syriacum *C. B.* alterum Syriacum *Park.* paſtinaca Syriaca & Sacacul Arabum quibuſdam *J. B.* Apium Syriacum radice ampla eduli *H. Ox.* Syriſche Zucker-Rüblein. Zucker-Wurtzel. Circa Halepum reperitur. *Uſu.* Radix longa, craſſa, intus candida, lævis, externe verrucoſa. *Vires.*

A. 4. Selinum ſegetale *Offic. Park.* Sii foliis *Ger.* Sium terreſtre umbellis rarioribus *H. Ox.* Silon alterum vel Amomo congener Sii foliis noſtras *P. Al.* Honig-Wurtzel. Zucker-Möhrlein: Inter ſegetes ſolo humido & lutoſo Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Contra tumores valet.

A. 5. Sium *Offic.* majus latifolium *Ger.* latifolium *C. B.* maximum latifolium *J. B. Chab.* Dioſcoridis ſive Paſtinaca aquatica major *Park.* Sion aquaticum latifolium *Mor. Umb.* Waſſer-Paſter nack. Waſſer Eppich. In fluviis & locis paludoſis. Julio floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Cruda coctáque eſa calculos rumpunt, atque excernunt, urinas cient, menſes & partus extrahunt. Dyſentericis in cibo auxiliantur *Dioſc.*

## *XXVII. De Apio.*

Pag. 193. pro 3a ſpecie Apii adde:

3. BUnium *Offic.* Dalechampii *J. B. Chab.* Daucus Petroſelini vel Coriandri folio *C. B.* Petroſelini vel Coriandri folio ſeu Bunium Dalechampii *Park.* Saxifraga montana minor Petroſelini vel Coriandri folio *H. Ox.* Apium octavum *R. H.* p. 449. Wilde Petersilge. In locis ſaxoſis & aſperis. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Urinam ciet, excalfacit, ſecundas evocat: lieni, veſicæ, renibus utile eſt. *Dioſc.*

## *XXIX. De Cicuta.*

Pag. 194. pro 2da Specie Cicutæ lin. 13. ſubjunge:

2. SEſelii Peloponenſe *Offic.* Peloponneſiacum recentiorum *Park.* Peloponenſe Matthioli ſive Cicutaria quorundam *J. B.* Cicutaria latifolia fœtida *C. B.* maxima fœtida *Chab.* Cicuta latifolia fœtidiſſima *Ger. emac. Mor.*

*Mor. Umb.* Groſſer breit Blätterigter Schierling. In montibus Rhætiæ invenitur. *Uſu.* Radix, Semen. *Vires.* Eiſdem viribus cum Seſeli Maſſilienſi præditum eſt. *Dioſcorides.*

## XXX. De Phellandryo.

*Notæ ſunt, caulis craſſiſſimus, folia ampliſſima, & multifariam in minutas particulas ad modum Cicutæ diviſa, florum petala æqualia, bifida.* R. Meth. A. p. 52.

A. Phellandrium *Offic. El. Bot. T. Inſt.* vel Cicuta aquatica quorundam *J. B.* Plinii quibuſdam aliis Cicutaria aquatica *Chab.* Cicutaria paluſtris *Ger.* Paluſtris tenuifolia *Park. C. B. Mor. Umb.* Cicuta paluſtris Cordi *Volck.* Waſſer Schierling. In aquis cænoſis & rivis pigrioribus. Æſtate floret. *Uſu.*

Pag. 195. poſt lin. 23. adde:

## XXXIII. De Gingidio.

*Umbella à flore delapſo, clauſa, ejuſque radiis prælongis, rigidis, duris ab aliis omnibus Umbelliferis diſtinguitur.* R. H. p. 456.

Gingidium *Offic.* umbellâ longâ *C. B.* Hiſpanicum *Ger.* Viſnaga *J. B. Chab.* ſeu Gingidium *Mor. Umb.* Gingidium appellatum *Park.* Fœniculum annuum, umbellâ contractâ oblongâ. *T. Inſt.* Spaniſch Zahnſtecher-Kraut. Spaniſch-Körffel. In hortis apud nos colitur. Æſtate floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Olus hoc crudum, coctum conditùmve eſtur magna ſtomachi utilitate: Urinam ciet. Deco-

ctum ex vino potum veſicæ prodeſt. *Dioſc.* Radii umbellarum pro dentiſcalpiis multis in uſum veniunt. *R, H.*

## XXXV. *De Fœniculo.*

Pag. 196. poſt. lin. ult pro 3a ſpecie Fœniculi adde:

3. MYriophyllon *Offic.* Millefolium aquaticum *Ger.* Aquaticum vulgatius *Park.* Aquaticum umbellatum capillaceo brevíque folio *C. B.* Aquaticum Fœniculo ſimile Umbelliferum *J. B.* Fœniculo ſimile Millefolium aquaticum umbelliferum *Chab.* Waſſer-Fenchel. In paludoſis oritur. Aprili floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Vulneraria eſſe planta creditur.

## XXXVI. *De Pyrethro.*

*Radice fervida, ſemine nigricanti à reliquis differt.*

PYrethrum verum *Offic.* Sylveſtre *Ger.* Umbelliferum *C. B.* Umbelliferum primum *Park.* Umbelliferum Matthioli *J. B.* Umbelliferum latiore folio *H. Ox.* Echt Spaniſch Mauer-Kraut Bertram. In hortis Botanicorum colitur. Æſtate floret, *Uſu.* Radix pollicis craſſitudine, colore exterius ex fuſco flaveſcente, interius nigro, ſapore acri admodum & fervido. *Vires.* Ad dentium dolores tollendos cum ſua cauſa non infeliciter in ore continetur. In Lethargicis affectibus, Paralyſi, &c. Uſurpatur.

Pag.

Pag. 197. poſt. lin. 22. inſere:

## XXXVIII. *De Dauco Cretico.*

NOtæ ſunt, *folia minutiſſimè diſſecta, ſemen longum, incanum, villoſum, acre.* R. Meth. A. p. 52.

Pag. 198. poſt lin. 2. adde:

## XXXIX. *De Petroſelino.*

FOlia *Apio hortenſi ſimilia, ſemen parvum oblongum hirſutum, quibus à reliquis differt.* R. Meth. A. p. 52.

Pag. eadem, lin. 13. ſubjunge:

2. Selinum montanum *Offic.* Apium peregrinum foliis ſubrotundis *C. B.* ſemine villoſo, ſeu incano, peregrinum primum Cluſii *Mor. Umb.* Selinum ſive Apium peregrinum Cluſii *Park.* Viſnaga minor quorundam, Selinum peregrinum Cluſio, ſemine hirſuto *J. B.* Berg Peterſilge. Berg-Peterlein. In hortis Botannicorum nonnunquam colitur. *Uſu.* Semen. *Vires.* Cum præcedenti viribus convenit.

## XL. *De Caucalide.*

SEmine *aculeato echinato aut hiſpido ab aliis umbelliferis abunde diſtinguitur.* R. Synop. p. 114.

A. 1. Caucalis *Offic.* Lato Apii folio *C. B.* Apii foliis, flore rubro *Ger.* Arvenſis latifolia purpurea *Park.* Lappula canaria latifolia ſive Caucalis *J. B. Chab.* Kletten Körffel Feld-Kletten. In arvis reperitur. Junio & Julio flo-

floret. *Uſu.* Herba *Vires.* Crudum coctúmve olerum modo eſtur, Urinam movet *Dioſc.*

A. 2. Pſeudo, Selinum *Offic.* Caucalis minor floſculis rubentibus *Ger. emac.* Minor flore rubente *Park.* Semine aſpero, floſculis rubentibus *C. B.* Anthriſcus quorundam ſemine aſpero hiſpido J. B. *Chab* Hecken Peterſilgen. Acker-Kletten. In dumetis & ad ſepes. Julio & Auguſto floret. *Uſu.*

Pag. 199. lin. 10. ſubjunge:

## XLIV, *De Bupleuro.*

*Foliis integris oblongis à reliquis diſtinguitur.*

Bupleurum *Offic.* Folio ſubrotundo ſive vulgatiſſimum *C. B.* Perenne anguſtifolium *Mor. Umb.* Perenne longis & anguſtis foliis incurvis *H. Ox.* Auricula leporis umbella lutea *J. B. Chab.* Haſen-Oehrlein. In collibus provenit, Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Inter herbas tranſmarinas recenſetur.

## XLV. *De Seſeli Æthiopico.*

*Planta eſt fruticoſa Umbellam in faſtigio geſtans foliis integris glabris.*

Seſeli Æthiopicum *Offic.* Æthiopicum frutex *Ger. Park. Mor. Umb. H. Ox.* Æthiopicum Salicis folio *C. B.* Æthiopicum fruticoſum Periclymeni ſolio *J. B.* Bupleurum arboreſcens Salicis Folio *El. Bot. T. Inſt.* Strauchicht Hirſch-Wurtzel Weiſſer Entzian. In hortis curioſorum nonnunquam reperitur. Auguſto floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Semen Maſſilienſi Seſeli mul-

multò acrius eſt & odoratius, unde eximiarum virium eſſe creditur.

# SECTIO DECIMA.
## De Herbis Stellatis.

### *II. De Rubia.*

Pag. 200. lin. 25. pro 2da Specie ſubjunge:

2. A. Rubia Sylveſtris & Rubeola *Offic.* Sylveſtris *Ger. Park.* Sylveſtris aſpera, quæ ſylveſtris Dioſcoridis *C. B.* Sylveſtris monſpeſulana major *J. B.* Wilder Meyer. Groß Stern Meyer-Kraut. In ſepibus reperitur. Æſtate florens. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum ſativo viribus convenit.

### *III. De Mollugine.*

*Flores huic albi, folia latiora.* R. Meth. A. p. 541.

A. Mollugo *Offic.* Vulgatior *Park.* Montana anguſtifolia vel Gallium album latifolium C. B. Rubia ſylveſtris lævis *ejusd. P. B.* Anguloſa aſpera J. B. Gallium album vulgare *El. Bot.* Alyſſum *Plin. lib.* 24. *cap.* 11. Unechter Meyer / Weiſſer Meyer / weiß Wallſtroh. In ſepibus & dumetis. Junio floret. *Uſu.* Radex. *Vires.* Rubiæ ſativæ viribus pollet, ſed mitior eſt.

*Alyſſum foliis tantùm & ramis minoribus, ab Erythrodano diſtare ſcribit* Plinius.

Pag. 201. lin. ult. ſubjunge:

### *VII. De Synanchica.*

NOtæ ſunt, *folia ad ſingula genicula quaterna, flores velut in umbella.* R. Meth. A. p. 55.

A. Rubia Synanchica *Offic.* Cynanchica. *C.* B. J. B. *Chab.* Rubeola vulgaris quadrifolia, lævis floribus purpuraſcentibus *El. Bot. T. Inſt.* Synanchica Lugdunenſis *Ger. Emac.* Aſperula repens Geſneri, ſeu Saxifraga altera Cæſalpini *Park.* Brein Wurtz kleine Röthe In ſterilibus & cretaceis, Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Ad Anginam tum ſumpta, tum admota, utiliſſima eſſe creditur.

---

# SECTIONIS DECIMÆ. APPENDIX.

## De Herbis quibus terna ſingulis floribus ſuccedunt ſemina.

### *De Naſturtio Indico.*

NOtæ ſunt; *folia peltata, pediculo in medio inſerto; flores irregulares, pentapet- aloides cum calcari retrorſum producto, ſemina nuda, ad ſingulum florem terna, rugoſa, majora.* R. Meth. A.

Naſturtium Indicum *Offic. Ger. Park.* Indicum majus *C.* B. Indicum folio peltato ſcandens J. B. *Chab.* Viola Indica ſcandens Naſturtii ſapore & odore, flore flavo *Herm. Cat.*

Acris

Acris Americana ſive Acriviola folio peltato minor & vulgaris *P. Al.* Violæ affinis umbilicato ſeu peltato folio ſcandens, ſapore Naſturtii, Americana minor *Breyn. P.* 2. Acriviola *Volck.* Cardamindum minus & vulgare *El. Bot. T. Inſt.* Pelon Mexixquilitl ſeu Pelon Chili *Herm.* Indianiſche Kreſſe. Peruviæ Indigena eſt, apud nos autem in hortis frequens colitur. Per totam æſtatem floret. *Uſu.* Herba, flores. *Vires.* Ventriculo ex frigida cauſa imbecilli aut ex flatu dolenti ſubvenit flos. Acetariis & in oleribus adhibitur. Adverſus contu-macem ac malignam ſcabiem, itemque vulnera recentia commendatur.

---

## SECTIO UNDECIMA

### *De Herbis Aſperifoliis.*

Pag. 203. lin. ult. adde:

POPULUS medicorum uno ore vim ſoporiferam attribuit Cynogloſſo, nullam tamen ejuſmodi ejus virtutem adhuc obſervare potuit D. *Fuller.*

### *V. De Anchuſa.*

Pag. 205. lin. 18. ſubjunge:

RAdix adſtringit, vulneraria, Alexipharmaca, ac Uterina eſt, partum extrahit, renum vitiis, lieni, & bile ſuffuſis datur, ad ambuſta, ulcera vetera, & ignem ſacrum com-

commendatur; demorſis à ſerpentibus opitulatur.

2. Anchuſa lutea *Offic. Ger. J. B.* Lutea major *Park.* Lutea rarior & elegantior *Chab.* Major floribus luteis *C. B.* Symphytum Echii folio ampliore, radice rubra *El. Bot.* Echii folio ampliore, radice rubra, flore luteo *T. Inſt.* Gelbe Ochſen-Zunge. In Germania, & Gallia reperitur. Julio floret. *Uſu.* Radix; ſed in Officinis Anglicanis nunquam reperitur. *Vires.* Cum Hyſſopo & Naſturtio pota, latas ventris tineas excutit. *Dioſc.*

Tres ſpecies Anchuſæ à *Dioſcoride* deſcribuntur, quænam autem plantæ ſunt inter Auctores non convenit, aliis eas aliò referentibus. *Cæſalpinus* & *Thalius* Echium vulgare eo nomine inſigniunt. *Turnerus, Dodonæus* & *Cordus* duas ſpecies Buglosſi conſtituunt, quo argumento neſcio, cum nota illa characteriſtica nimirum quòd *radix manus inficiat ſanguineo colore*, nulli eorum conveniat. Recentiores Botanici plures hujus plantæ ſpecies proponunt, à quibus binæ illæ quas hic exhibeo 2da & 3a *Dioſcoridis* cum *C. Bauhino* recte cenſeri poſſe exiſtimo, prima major duntaxat ſecundæ ſpecies eſſe videtur.

## *VI. De Echio.*

Pag. eadem, lin. ult. adde:

Lumborum dolores ſedat, *Dioſc.*

2. Lycopſis *Offic. Chab.* Ægyptiaca *C. B. Park.* Dioſcoridis quibuſdam *J. B.* Echium Ori-

Orientale longioribus floribus *H. Ox.* Wall⸗Ochſen⸗Zunge. Circa Alepum reperitur. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum oleo illita vulneribus medetur, & cum farina hordeacea ignibus ſacris: Sudores perunɕta movet. *Dioſc.*

De Lycopſi magna inter Botanicos lis eſt: aliis nomen illud uni, aliis alteri plantæ attribuentibus. *Matthiolus*, *Lacuna*, *Dalechampius* & *Caſtor Durantes* Cynogloſſum eſſe volunt, quorum primus *Ruellium* & *Fuchſium* ejuſdem opinionis eſſe ait. Verum *Ruellius* Linguam Canis eſſe non poſſe, ut multi ſui temporis Herbarii voluerunt, deſcriptionibus utriuſque collatis affirmat. *Cordus* Echium vulgare, *Dodonæus* (in editione Gallica) Bugloſſum majus, *Lonicerus* Bugloſſum ſylveſtre, veram *Dioſcoridis* Lycopſin eſſe autumant, quorum nullius opinioni conſentire poſſum; & plantam à *Rauwolfio* inventam genuinam potius Dioſcoridis Lycopſin eſſe exiſtimo, quam præcedentium quamlibet, aut eam quæ à *C. Bauhino* ſub eo nomine exhibetur.

A.3. Onoſma *Offic. J. B. Chab.* Lycopſis *C. B.* Anglica *Ger. Park.* Echium alterum *P. B.* alterum ſeu Lycopſis Anglica *Mer. Pin.* Latiſſimo folio Lycopſis dictum flore diluto purpuraſcente *Herm. Cat.* Ramoſius annuum flore ſuave-rubente *H. Ox.* Stein Ochſen⸗Zunge. In Inſula Jerſeia obſervavit erudiſſimus D. *Sherardus* LL. D. *Uſu.* Folia. *Vires.* In vino pota partus exrrahit. *Dioſc.*

Onoſ-

Onoſma inſuper planta eſt, quæ Botanicos Auctores in varias ſententias diſtraxit, & quo referenda ſit incertos reddidit. *Dioſcorides* enim *folia Anchuſæ ſimilia habere* ſcribens, *caule autem*, *flore & ſemine deſtitui*, magnum altercandi occaſionem præbuit. Error hic *Dioſcoridis* inde oriri videtur, quod primo poſt exortum anno eam invenerit, cum folia tantum promit, quemadmodum Cynogloſſum, Bugloſſum, Echium, aliæque id genus plantæ. ad quas & hanc refero, ni *Dioſcorides* ipſe diverſis in Capitibus de iis egiſſet. Eſt autem error vulgaris in quem & alii inciderunt; quomodo enim planta quævis produci poteſt, ſi fructu & ſemine carent? Ab icone quam exhibet *J. Bauhinus* & foliorum cum Anchuſa ſimilitudine, ad hanc plantam potius retuli.

## VII. De Heliotropio.

S*Eminibus lævibus non ſplendentibus*, *floribus in ſpicis longis recurvis*, *foliis lanuginoſis à reliquis differt*. R. Meth. p. 95.

1. Heliotropium majus *Offic. Ger. Park.* Majus Dioſcoridis *C. B.* Majus flore albo *J. B.* Herba Cancri *Chab.* Sonnen, Wende Krebs-Blume. In hortis colitur Æſtate floret. *Uſu.* Herba, Semina triangula brevia cinerea. *Vires.*, Decoctum pituitam bilemque per alvum extrahit, ictis à Scorpionibus prodeſt. Semen carnis excreſcentias reprimit, verrucas penſiles tollit; menſes & fætus ducit. *H. Ox.*

2. Heliotropium minus *Offic. Ger. Park.* Minus

nus ſupinum & Supinum alterum *C. B.* Minus quorundam *J. B. Chab.* Humi fuſum flore minimo ſemine magno *T. Corol.* Klein niedrige Sonnen-Wende-Krebs Blume. In hortis etiam colitur. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

Pag. 206. pro Cap. X. adde:

## *X. De Cerinthe.*

*Semina in hoc genere unicuique flori bina ſuccedunt lævia, per maturitatem nigra, quo à reliquis omnibus hujus generis differt.* R. H. p. 506.

Cerinthe *Offic.* Major *Ger.* Major flore luteo & rubro *Park.* quorundam major verſicolore flore *J. B.* Seu Cynogloſſum montanum majus *C. B.* Cerynthe veteribus, Cerinthe quorundam *Chab.* Honig Wurtzel. groſſe Berg Hunds-Zunge. In hortis curioſorum reperitur. Vere floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* De viribus nil certe traditur.

# SECTIO DUODECIMA.

## De Herbis Verticillatis.

### *III. De Stœchade.*

Pag. 211. poſt lin. 19. pro 2da. Specie adde:

2. Tragium alterum *Offic.* Alterum Dioſcoridis quibuſdam foliis Trichomanis *J. B.* Alterum Dioſcoridis, Secudas Arabum & Halepenſium *Chab.* Stœchadi ſerratæ affinis *C. B.* Unecht Bocks-Kraut. Circa Halepum inve-

invenit *Raüwolſius.* *uſu.* Herba, Radix. *Vi*
*res.* Tam crudam quam coctam Dyſenterici
prodeſſe dicit *Dioſc.*

Tragium alterum à *Dioſcoride* in hunc mo
dum deſcribitur. *Folia Scolopendrii habet, &*
*radicem ſylveſtris Raphani tenuem candidam. Foli*
*autem Autumno hirci virus olent; exinde ſibi Tra*
*gii nomen adoptavit. Provenit in montibus & præ*
*cipitiis*, unde non immerito à *Rouwolfio* pro ve
ro ſupponitur.

## *VI. De Satureia.*

Pag, 212. pro 2da, 3tia & 4ta ſpecie Satureiæ
adde:

2. THymbra *Offic.* Satureia hortenſis *Ger.*
Vulgaris *Park.* Montana *C. B.* Peren
nis hortenſis vulgaris *H. Ox.* Durior J. B.
Durior ſive Thymbra *Chab.* Hortenſis ſive
Thymbra legitima Dioſcoridis *Griſl. V. Luſit.*
Calamintha fruteſcens, Satureiæ folio, facie
& odore *T. Inſt.* Winter Saturey. Winter
Iſop. In hortis colitur. Æſtate floret.
*Uſu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus con-
venit.

3. Thymbra vera *Offic.* Græca J. B. ſive Sa-
tureia Cretica legitima *Park.* Satureia Cre-
tica *C. B. Ger. emac.* Cretica latiore foliō *H.*
*Ox.* Fruteſcens Arabica folio fimbriato hir-
ſuto *Breyn. P. 2.* Saturey. Sadaney. Pfeffer-
Kraut. In Inſula Creta reperitur. *Uſu.* Her-
ba, ſed in Officinis noſtris advena eſt, *Vires.*
Uri-

lrinam & menſes provocat, tuſſientibus
um melle valet.

4. Satureia Spicata *Offic. C. B.* Sti. Juliani *Ger.* Spicata Sti. Juliani *Park.* Foliis tenuibus ſive tenuifolia Sti. Juliani quorundam *J. B.* Tenuifolia Sti. Juliani quorundam: Thymbra vera ſive genuina aliis *Chab.* Thymbra Sti. Juliani, ſive Satureia vera Lobelio *El. Bot.* Weiſen Saturey. Spitzichte Saturey. In collibus & muris. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum reliquis viribus convenit.

Saxifragam primam *Matthioli* pro hac planta *C. Bauhinus* habet, *Parkinſonus* autem diverſam facit, quem conſule.

## VII. De Thymo.

*Differt à Satureia, cui alias ſimilis eſt, odoris fragrantiâ, & floribus in oblonga capitula congeſtis.* R. H. p. 519.

Thymum verum *Offic.* Creticum *Ger.* Creticum ſive Antiquorum J. B. Legitimum capitatum *Park.* Thymus capitatus qui Dioſcoridis *C. B.* Hyſſopus capitata minor, Thymi odore *H. Ox.* Thymian. Thymien-Kraut. In Creta ſponte oritur, in hortis apud nos reperitur. Æſtate floret. *Uſu.* Herba, *Vires.* Attenuat, incidit, aperit, uſus præcipue in vitiis Pulmonum anhelosis & orthopnoicis; Menſis & urinas ciet, partus & ſecundinas expellit. Vermes necat, pituitam per alvum trahit, tumores diſcutit, concretum Sanguinem diſſolvit, Iſchiadicis ſubvenit.

IX.

## *IX. De Serpyllo.*

Pag. 213. lin. 21. pro 2. 3. & 4ta Specie Serpylli adde:

2. THymus ſylveſtris *Offic.* Narbonenſis Zygis dictus *H. Ox.* Serpyllum Creticum *Ger.* Folio Thymi *C. B.* Narbonenſe *Park.* Sylveſtre, Zygis Cluſio. Thymo vulgari rigidiori ſimile *J. B.* Thymbra Hiſpanica Coridis folio *El. Bot. T. Inſt.* Wilder Thymian / wilder Demuth/Immen-Kraut. In hortis curioſorum colitur. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum Thymo viribus convenit.

A. 3. Serpyllum verum *Offic.* Vulgare flore amplo *R. Synop.* Sativum C. B. Majus *Park.* Foliis Amaraci *Ger.* Serpylli vulgaris ſecundum genus *J. B.* Thymians Groſsmutter / Groſſer Garten-Quendel. In hortis colitur. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Menſes & Urinam ciet; torminibus, ruptis, vulſis & jecorinis inflammationibus auxiliatur, capitis dolores mulcet, maximè vero Phreneticis & Lethargicis convenit, cruentos vomitus ſedat, adverſus Serpentes prodeſt. *Dioſc.*

4. Thymus citrinus *Offic.* Serpillum citratum *Ger. Park.* Foliis citri odore C. B. Citri odore *J. B. Chab.* Citronen Quendel. In montoſis Auguſto floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum reliquis viribus convenit.

Pag. eadem, poſt lin. 26. pro ſexta ſpecie adde:

6. Saxifraga vera *Matth.* Vera Dioſcoridis

dis Matthioli *Park.* Rechter Steinbrech des Dioſcoridis; nach dem Matthiolo. In petris & aſperis. *Uſu.* Herba *Vires.* Coctus in vino febricitantibus opitulatur. Stranguriæ prodeſt, ſingultum ſedat, calculos veſicæ frangit & urinam ciet. *Dioſc.*

Hæ ſunt vires Saxifragæ ſuæ à *Dioſcoride* attributæ, verum huic plantæ non rectè ex ſententia noſtra adſcribuntur, in eo *Matthiolum* tantùm ſecutus. Quænam ſit vera Antiquorum Saxifraga in capite de *Lychnide* oſtendere conatus ſum, & plantæ illi vires haſce convenire exiſtimo: Quænam planta hæc ſit aliis multis præter illum Botanicis non apparet, adeoque à nonnullis ſuſpecta eſt.

## *X. De Tragorigano.*

*Verticillis denſis à Thymo & Serpyllo differt.*

1. TRagoriganum *Offic.* *Chab.* Creticum *C. B. Park.* Cretenſe *Ger.* Quibuſdam nigrius, folio duro, flore purpureo *J. B.* Foliis Thymbræ majoribus duris nigricantibus punctatis flore purpureo minore *P. Al.* Trag- oder Bocks-Doſten. In Creta Inſula invenitur. Martio floret. *Uſu.* Herba *Vires.* Calfacit, Urinam ciet, Menſes provocat, Stomachum imbecillum corroborat.

2. Tragoriganum alterum *Offic.* Cluſii *Ger.* Hiſpanicum *Park.* Anguſtifolium *C. B.* Tenuioribus foliis, flore candido *J. B.* *Chab.* Creticum minus & tenuius *Alp. Ex.* Spaniſch

Schmall-blätterich Bocks-Doſten. In regno Valentino reperitur. Martio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum præcedente viribus convenit.

## *XI. De Polio.*

Pag. 214. poſt lin. 14. pro tertia Speciie Polii adde:

3. POlium alterum *Offic.* Montanum, Lavendulæ folio *C. B. Park.* Lavendulæ folio flore albo *Ger.* Berg-Polium mit Lavendul-Blättern. In hortis Botanicorum. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum precedentibus viribus convenit.

## *XII. De Teucrio.*

*STaturâ ſuâ & magnitudine, foliis latioribus à Chamædry differt, quacum floribus galeâ carentibus convenit.* R. H. p. 526.

Teucrium *Offic.* C. B. Multis J. B. Latifolium *Ger.* Majus vulgare *Park.* ſive Teucris *Chab.* Chamædrys fruticoſior ſive Teucrium vulgare flore ochroleuco *H. Ox.* Fruteſcens Teucrium vulgò *El. Bot. Inſt.* Staudicht Gamanderlein. In Italia & Sicilia provenit. Æſtate floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Calfacit & ſiccat. Epatica ac ſplenica eſt, confert in Serpentium ictibus. Ut in externa facie Chamædryn refert, ita iisdem viribus pollet.

D

## De
# Plantis Verticillatis herbaceis.
## *XIV. De Mentha.*

Pag. 215. pro 4ta, 5ta & 6ta Specie Menthæ adde:

4. A. Mentha Saxifraga *Offic.* Saxifraga anguſtiore folio ſpicata ſapore acri fervido *P. Mant.* Spicis brevibus & habitioribus, foliis Menthæ fuſcæ, ſapore fervido Piperis *R. Synop. p. 124.* Pfeffer-Müntz. In aquoſis & ad foſſas nonnunquam reperitur. Auguſto floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* In calculo renum & veſicæ remedium ſpecificum æſtimatur.

Hæc planta ab illiterato quodam medicaſtro *Londinenſi* pro magno adverſus calculum arcano habebatur: quæ ne detegi poſſet, adeò cautus erat, ut quoties ea uti occaſionem habuit, ſe in conclave quoddam ſeu cameram incluſit, uſquedum eam in particulas adeò minutas diſcidiſſet, ut quænam planta eſſet invenire ferè impoſſibile foret: Tandem minuto ejus fruſtulo ad D. D. *Watſon* allato, in horto ſuo illud depoſuit, quo germinante ſecretum revelatum eſt.

A. 5. Auricularia *Offic.* Indorum ad ſurditatem efficax *Malab.* Mentaſtrum minus *Ger. emac.* Hirſutum *Park.* Mentha paluſtris folio oblongo C. B. Mentaſtri aquatici genus hirſutúm ſpica latiore *J. B. Chab.* Ceyloniſche Pflan-

ze/Waſſer-Müntze. In aquoſis & ad ripas fluviorum non infrequens. Auguſto & Septembri floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Efficaciſſimam in ſurditate eſt remedium.

D. *Marlow* in obſervationibus ſuis cujusdam plantæ meminit *Plantæ Zeylanicæ* nomine absque ulla deſcriptione aut notâ, qua poſſit dignoſci, & beneficia ejus ad poſteros derivari; unde inter eruditos Botanicos dubium exortum eſt, quænam ſpecies plantæ eſſet quam hac appellatione intelligit. Omnes quidem conſentiunt, Menthæ quandam ſpeciem fuiſſe, quænam vero, adhuc dubium manet. Ingenioſus vir D. *Plukenet* Menthæ cujuſdam verticillatæ in *Marilandia* naſcentis, cujus nomen in *Mantiſſa pag. 129.* exhibet, eſſe opinatur. Digniſſimus Vir D. *Sloane* Menthæ aquaticæ ſpeciem quandam eſſe exiſtimat, neque rejicienda eſt ejus conjectura, quoniam in minutis quibuſdam ejus fragmentis, à D. *Finchio* Pharmacopœo Londinenſi, viro ingenioſo D. *Marlow* prædicti ſucceſſore, apud quem omnium ejus Arcanorum ſpecimina, variorum etiam præparationes inveniuntur, Menthæ aquaticæ odorem exquiſitum obſervavi. Idemque candidus vir D. *Finchius* hanc herbam, non obſtante exotico nomine ei à D. *Marlow* impoſito, Anglicanæ originis eſſe mihi affirmavit, quin & fragmenta à prædicto D. *Finchio* mihi donata cum planta ipſa cujus Synonyma è *C. B. pin.* aliisque

dedi,

dedi, conveniunt, ſententia confirmor, nimirum eas rectè à me collatas eſſe.

6. Mentha criſpa *Offic.* Rotundifolia criſpa ſpicata *C. B.* Spicata rotundifolia criſpa *J. B. Chab.* Cruciata *Park.* Cruciata ſive criſpa *Ger.* Krauſe-Münze. In hortis reperitur. Auguſto floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* In imbecillitate ventriculi pulvis quotidie ſumptus commendatur. *Stockerus.* In vomitu laudat *Etmullerus.*

Pag. 216. lin. 19. ſubjunge:

Quænam planta ſit Polycnemon *Dioſcoridis* inter Botanicos etiamnum controvertitur, aliis ad aliam eam referentibus. Nos cum *Lobelio* ad hanc potiùs quam ad Bugulam vel Prunellam reducendam cenſuimus, quod *Dioſcorides boni odoris & acris* eſſe ſcribat, quod de earum neutra dici poteſt.

## *XVI. De Lycopſide.*

*Foliis rugoſis ad baſin laciniatis & odore carentibus à Mentha differt.* R. Synop. p. 125.

A. Lycopus *Offic.* Paluſtris, glaber *El. Bot. T. Inſt.* Marrubium aquaticum *Ger.* Aquaticum vulgare *Park.* Aquaticum quorundam *J. B. Chab.* Paluſtre glabrum *C. B.* Pſeudomarrubium aquaticum vulgare *H. Ox.* Paluſtre *Rivin.* Waſſer-Andorn / Glied-Kraut. In aquoſis & ad rivulos. Julio floret. *Uſu.* Herba.

## *XIX. De Majorano.*

Pag. 217. pro 2da, 3tia & 4ta Specie Majoranæ adde:

2. MArum Syriacum *Offic. Ger.* Syriacum vel Creticum *Park. Herm. Cat.* Creticum *Alp. ex.* Majorana Syriaca vel Cretica *C. B* Syriſch Maſtich-Kraut/ Amber-Kraut. In hortis colitur. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum præcedenti viribus convenit.

3. Origanum Heracleoticum *Offic. Ger.* Heracleoticum verius *Park.* Heracleoticum Matthioli, aliis fortè Creticum *J. B. Chab.* Heracleoticum, Cunila gallinacea Plinii *C.B.* Unechter Majoran/Wild-Doſten. Reperitur in hortis. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Excalfacit, demorſis à Serpente convenit, ruptis, convulſis & hydropicis datur. *Dioſc.*

4. Majorana oleracea *Offic.* Major Anglica *Ger.* Latifolia ſive Major Anglica *Park.* Hortenſis viridis tenuior *H. Ox.* Sylveſtris perennis *C. B.* Origanum onites *ejusd.* Heracleoticum Ruellii ſive Majorana major *J. B.* Winter-Majoran/Engliſch Majoran. In hortis inter olera ſeritur. Æſtate floret. *Uſu.* Herba in culinis pro olere. *Vires.* Iisdem cum Origano vulgari viribus pollet.

## XXI. *De Hormino.*

Pag. 219. poſt lin. 3. pro prima Specie Hormini adde:

1. HOrminum *Chab.* Sativum *Offic. C. B.* Sativum

tivum genuinum Dioſcoridis *Park.* Sylveſtre foliis purpureis *Ger.* Comâ purpuro-violaceâ *J. B.* Wald-Scharley / wilder Salbey. In hortis curioſorum apud nos ſeritur. Julio floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Ad Venerem ſtimulandam cum vino bibi volunt. Purgat cum melle argemas, albugineſque: extrahuntur etiam aculei ex corpore. *Dioſc.*

Pag. eadem lin. 9. adde:

In pulverem redacta, & naribus indita ſternutamenta provocat, catarrhum tollit, & cerebrum purgat. Decocta in vino menſes movet, ſecundinas ejicit, Venerem ſtimulat.

3. Æthiopis *Offic. Ger. Chab.* multis *J. B.* Foliis ſinuoſis *C. B.* Sclarea Æthiopica, ſive Æthiopis laciniatis & non laciniatis foliis *Park.* Vulgaris lanuginoſo ampliſſimo folio *El. Bot. T. Inſt.* Horminum Æthiopicum incanum foliis ſinuoſis Æthiopis dictum *Herm. Cat. Volck.* Æthiopicum foliis ſinuoſis. *H. Ox.* Æthiopiſche Scharley. In hortis colitur. Æſtate floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Iſchiadicis, Pleuriticis, Arteriæ ſcabritiei auxiliatur. *Dioſc.*

4. Horminum ſylveſtre *Offic.* Sylveſtre latifolium *Ger.* Sylveſtre latifolium, verticillatum *C. B.* Germanicum humile *Park.* Gallitricho affinis planta, Horminum ſylveſtre latifolium Cluſio *J. B. Chab.* breit-blätterichte wilde Scharley. In Germania frequens occurrit. Æſtate floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Viribus magis pollet quàm Sativum.

A. 5. Oculus Chriſti *Offic.* Horminum ſylveſtre *Ger.* &c.

*Lin. 14. dele* Folia ſed rarius, & *lege* Semen.

*Vires.* Oculis inditum utile eſt ad excutiendam eorum caliginem & educendum corpuſcula quæ in illos inciderunt.

## XXII. De Galeopſi.

*NOTÆ ſunt, folia urticæ, odor fœtidus, ſemina parva, per maturitatem nigra: floris labium ſuperius in cochlearis formam excavatum, inferius tripartitum, medio ſegmento obtuſo, longo lato utrinque reflexo, lateralibus parvis brevibus.* R. Meth. A. p. 62.

A. 1. Galeopſis *Offic.* Vera *Ger.* Legitima Dioſcoridis *Park.* Procerior fœtida ſpicata *El. Bot. T. Inſt.* ſive urtica iners magna fœtidiſſima *J. B.* Lamium maximum ſylvaticum fœtidum *C. B.* Stachys ſylvatica *Rivin.* Fœtida Sepium flagellis reptatricibus *H. Ox.* Groſſe taube oder todte Neſſel / Hecken-Neſſel. Ad ſepes. Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Folia, Semen, duritias & carcinomata diſſipant: Strumas, panos & parotides diſcutiunt: ad putreſcentia, gangrenas, & nomas commendatur. *Dioſc.*

A. 2. Panax coloni *Offic.* Coloni, ſeu Marrubium aquaticum acutum *Ger.* Galeopſis anguſtifolia fœtida *J. B.* Paluſtris, Betonicæ folio flore variegato *T. Inſt.* Stachys paluſtris fœtida *C. B.* Aquatica *Rivin.* Sideritis Anglica ſtru-

ſtrumoſa radice *Park.* Brauner Waſſer-Andorn. In aquoſis & ad fluvios. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Vulneraria herba eſt inſignis.

Pag. 220. lin. 19. pro Cap. 26. & 27. adde:

## XXVI. *De Acino.*

*Notæ ſunt, folia Serpylli aut Ocymi minoris, florum cauliculi oblongi, ſtriati, collo anguſto ventre turgidiore. Flores ſecundùm caules ex alis foliorum exeuntes non in capitula congeſti in ſummis caulibus, quo à Serpyllo differt.* R. Meth. A. p. 64.

A. Acinos *Offic.* multis *J. B. Chab.* ſive Ocymum ſylveſtre *H. Ox.* Ocymum ſylveſtre *Ger.* Clinopodium arvenſe Ocymi facie *C. B.* minus ſeu vulgare *Park.* Stein-Poley / wilde Baſilien. In montoſis cretaceis. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Menſes & alvum ſiſtit. Illita panos ignemque ſacrum ſanat. *Dioſc.*

N. B. *Mulierculis Botanopolis* Londinenſibus *pro* Polio montano *hæc planta venditur.*

## *XXVII. De Stachy.*

*Verticillis denſis, foliorum canitie & lanugine à reliquis differt. Adde, floris labium ſuperius elatum, bifidum & cochlearis modo concavum, inferius tripartitum, lateralibus ſegmentis adeò parvis ut crenæ potiùs videantur.* R. Meth. A. p. 63.

Stachys *Offic. Ger.* Dioſcoridis *Park.* minor Italica *C. B.* Folio candicante denſiore non ſerrato minor *H. Ox.* Niedriger Andorn / kleiner Italiániſcher Andorn. In hortis colitur. Junio

 flo-

floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Vim habet excal-factoriam, & acrem, menſes & ſecundas pellit. *Dioſc.*

## XXVIII. De *Marrubio.*

Pag. 220. lin. ult. ſub finem pro 2da Specie junge:

2. PSeudo-dictamnus *Offic. Ger. Park.* Verticillatus inodorus *C. B.* Dictamnum adulterinum quibuſdam verticillatum, vel potiùs Gnaphalium veterum *J. B.* Dictamnus ſpurius inodorus acetabulis Moluccæ minoribus *Herm. Cat.* Marrubium Pſeudo-dictamnum dictum *R. H. p. 557.* Marrubio congener ſive Pſeudo-dictamnus major inodorus *P. Al.* Gnaphalium veterum, Centunculus. Dictamnum ad ulterinum quibuſdam *Chab.* falſcher Diptam unechte Eſchwurtz. In hortis colitur. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum Marrubio ut in externâ facie ita & viribus convenit.

## XXIX. De *Clinopodio.*

*FOlia fert Majoranæ ſylveſtris, flores in verticillis denſis circa caulium nodos, quorum tubi quàm in Marrubio longiores; labia ſuperiora rotundata elata & plerumque bifida, inferiora tripartita, ſegmento medio latiſſimo.* R. Meth. A. p. 64.

A. Clinopodium *Offic.* Majus *Park.* quorundam Origani facie J. B. Origano ſimile *C. B.* Acinos *Ger.* Groſſe wilde Poley/ groſſe wilde Baſilien. Ad ſepes paſſim. Junio & Julio floret *Uſu*

Uſu. Herba. *Vires.* Bibitur ad convulſa, ru-
ta, ſtrangurias, Serpentium ictus: Menſes
& partus pellit. Alvum ſiſtit. *Dioſc.*

## XXX. De Lamio.

Pag. 221. lin. 20. pro tertia Specie Lamii adde:

A. 3. Leucas montana *Offic.* Lamium luteum. *Ger. Park.* Folio oblongo luteum *C. B.* Spurium flore luteo *Volck.* Pſeudo-lamium flore luteo *Rivin.* Galeopſis *Chab.* ſive Urtica iners flore luteo J. B. Gelbe Archangel / gelbe todte Neſſel. In ſylvis & dumetis. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Contra animalium venena, præcipuè marinorum opitulatur. *Dioſc.*

## XXXI. De Sideritide.

*Odore gravi & fœtido cum Lamio convenit, ſed foliorum figura differt.* R. Meth. A.

Sideritis *Offic.* Hirſuta procumbens C. B. Cluſio Hiſpanica, hirſuta J. B. Prima herba Judaica *Park.* Herba Judaica *Ger.* Eiſer-Wurtz/ Glied-Kraut. In petroſis Italiæ, Hiſpaniæ, &c. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Illita folia ſuapte vi vulnera ſine inflammationis periculo jungunt. *Dioſc.*

De Sideritide agentes multùm inter ſe diſſentiunt Botanici, & plures plantæ ſunt quibus id nominis ab eis attribuitur. *Dioſcorides* tres Sideritidis Species deſcribit; quarum primam ſtirpem à me hoc in loco exhibitam

eſſe

eſſe exiſtimo, ut quæ judicio noſtro meliùs conveniat cum brevi *Dioſcoridis* deſcriptione *lib. 4. cap. 29.* quam quævis alia. *Sideritin* (inquit loco citato) *aliqui Heracleam vocant: folia habet Marrubii, ſed longriora, ſatis ad frondem Quercus, aut Salviæ accedentia, minora tamen & aſpera: Caules edit quadratos, dodrantem altos, aut etiam majores, non injucundi guſtus, aliquantumque ſubaſtringentis: in quibus per interſtitia orbiculatæ, vertebræ, ut in Marrubio ſpectantur: & ſemen in iis nigrum: naſcitur in petroſis.* Secundam Sideritidem Pimpinellam ſanguiſorbam *Offic.* P. 190. *Pharmacolog. noſt.* eſſe, cum nuperis Botanicis conſentio. Tertium, Geranium Robertianum ſeu Gratiam Dei *Offic.* p. 342. ejuſd. *Pharmacolog.*

## XXXIII. *De Calamintha.*

*NOTÆ ſunt flores plures ſimul pediculis oblongis ramoſis è foliorum ſinubus egreſſis inſidentes, rari & ſparſi, è tubo oblongo in duo labia biantes, quorum ſuperius bifidum rotundatum, alatum, inferius tripartitum.* R. Meth. A. p. 65.

Pag. 222. pro 2da Specie Calamintæ adde:

2. A. Calamintha ſylveſtris *Offic.* Odore Pulegii *Ger.* Flore minore odore Pulegii *J. B. Chab.* Altera odore Pulegii foliis maculoſis *Park.* Pulegii odore ſeu Nepata *C. B.* Feld-Müntze/ Acker-Müntze/ Balſamuth. In aggeribus ſepium & agrorum marginibus. Ju-

nio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum præcedente viribus convenit, cui ſuccedaneum eſt, & pro ea *Mulierculis Botanopolis Londinenſibus* non infrequens venditur.

Pag. 223. ad vires Ballot adde:

Vis ejus efficax adverſus canis morſus, foliis ex ſale illitis. Ferventi cinere flacceſcunt folia, & condylomata reprimunt, purgant & ſordida ulcera cum melle. *Dioſc.*

## XXXVI. *De Cardiaca.*

*NOtæ ſunt, folia circumſcriptione ſubrotunda & profundè laciniata: floris labium ſuperius in canalem inflexum, & inferiore multò longius, inferius tripartitum; calix valdè brevis, & ſeminibus ad ſummitatem uſque repletus.* R. Meth. A. p. 64.

Cardiaca *Offic. J. B. Park. Ger.* ſeu Lycopus Ruellii *Chap.* Marrubium Cardiaca dictum *H. Ox.* Cardiaca dictum, fortè primum Theophraſti *C. B.* Hertz-Geſpann / Hertz-Geſperr/ Mutter-Wurtz. In hortis & in fimetis. Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Urinam & menſes ciet, pectus à pituita detergit, lumbricos necat, palpitationem cordis, & cardialgiam in infantibus juvat, in lienis morbis, & affectibus hyſtericis utilis æſtimatur.

## XXXVII. *De Chamæpity.*

Pag. 223. ad vires Chamæpityos adde:

VUlnera glutinat, nomas cohibet, menſes movet, fœtum pellit, abortum provocat.

In urinæ difficultate, & in mictura ſanguini multum commendatur *H. Ox.* Ictero medetu ſi ſeptem diebus in vino potetur. *Dioſc.*

2. Chamæpitys altera *Offic.* Moſchata fo liis ſerratis *C. B.* ſive Iva Moſchata Monſpe lienſium flore purpuraſcente *Chab.* Iva Mo ſchata Monſpeliaca *Ger.* Anthyllis altera hei bariorum *Park.* Franſche Erdpin/Feld-Cypreſſ In Gallia frequens reperitur. Junio flore *Uſu.* Herba.

3. Chamæpitys tertia ſeu mas *Offic.* Odo ratior *Park.* Incana exiguo folio *C. B.* Foli non laciniato *J. B.* Folio non laciniato ſe tertia Dioſcoridis Matthiolo *Chab.* Terti Dodonæi *Ger.* Italiániſche Erdpin/Erdkifer. I Italia non infrequens. Junio floret. *Uſu.* Hei ba. *Vires.* Hæ duæ vim ſuperioris obtinent ſed non uſque adeò efficacem. *Dioſc.*

Pag. 224. lin. 4. viribus Bugulæ ſubjunge:

Tam intrinſecus quàm extrinſecus adhibi ta: confert & ictero, hepatis obſtructioni urinæ retentioni, herniis, &c. *Schrod.*

Pag. 224. lin. ult. adde:

*Geſnero* in remediis Scordio præfertur. In ulceribus gangrænoſis claudendis celebravi *Hildanus.*

SE

# SECTIO XIII.

## De Herbis Semine nudo Polyſpermis.

### *III. De Ranunculo.*

Pag. 250. pro 2da, tertia, quarta & quinta Speciebus Ranunculi adde:

2. A. Ranunculus paluſtris *Offic.* Paluſtris rotundifolius *Ger.* Paluſtris Apii folio lævis *C. B.* Paluſtris flore minimo *J. B. Chab.* Paluſtris Sardonius lævis *Park.* Rund-blätterichter Waſſer-Krähen Fuß/ Waſſer-Hahnen Fuß. In aquoſis gaudet. Junio & Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Folia, flores, & cauliculi recentes illitu exulcerant, & cruſtas non ſine dolore gignunt: quare ungues ſcabros extricant, ſcabiem eximunt, ſtigmata delent: formicantes verrucas, & penſiles, alopeciasque pauliſper illitu tollunt. *Dioſc.*

A. 3. Ranunculus flammeus *Offic.* Flammeus major *Ger.* Paluſtris flammeus major *Park.* Longifolius paluſtris major *C. B.* Folio longo maximus Lingua Plinii *J. B. Chab.* Groſſer lang blatterichter Waſſer Hahnen-Fuß. Groß Spehr-Kraut. In foſſis paluſtribus. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

A. 4. Flammula *Offic.* Ranunculus flammeus minor

minor *Ger.* Paluſtris flammeus minor ſive anguſtifolius *Park.* Longifolius paluſtris minor *C. B.* Longifolius aliis Flammula *J. B.* Longifolius Flammula dictus *Chab.* Groſſe-Spehr-Wurtz. In partis aquaſis, lociſque uliginoſis frequens. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum reliquis vi cauſtica convenit. Foliis ludit nunc æqualibus nunc ſerratis, unde Ranunculus flammeus ſerratus *Ger. Park.* Paluſtris ſerratus *C. B.*

5. Ranunculus montanus *Offic.* Montanus maximus albus *Park.* Montanus Aconiti folio albus flore majore *C. B.* Aconiti folio *Ger.* Flore albo Alpinus major *J. B. Chab.* Berg-Hahnen-Fuſ mit weiſſen Blumen. In montium ſylvoſis locis. Majo & Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum reliquis Ranunculis viribus convenit.

A, 6. Ranunculus acris *Offic.* Surrectis cauliculis *Ger.* Pratenſis erectus acris *C. B.* Pratenſis erectus acris vulgaris *Park.* Rectus non repens, flore ſimplici luteo *J. B. Chab.* Brennender Wieſen Hahnen-Fuß. In partis & paſcuis. Maio & Junio floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Veſicat, exulcerat, apud ruſticanos noſtros in uſu eſt.

7, Thora *Offic. Chab.* Valdenſis *Ger.* Folio Cyclamini *J. B.* Aconitum Pardalianches alterum, ſeu Thora minor *C. B.* Pardalianches, ſeu Thora minor *Park.* Ranunculus Aſphodeli radice dictus Phthora minor *H. Ox.* *Item* Thora montis Baldi ſive Sabaudica *Ger.*

Aco

Aconitum Pardalianches primum ſeu Thora major *C. B.* Pardalianches ſeu Thora major *Park.* Ranunculus Aſphodeli radice dictus Phthora major *H. Ox.* Rotundifolius Alpinus flore parvo, grumoſâ radice Phthora major dictus *P. Al.* Alpinus Cyclaminis folio, Ranunculus rotundifolius Alpinus flore parvo, grumoſâ radice Thora major dictus *Volck.* Leopardt-Gifft. Wolffs-Wurtz. In montibus Helveticis reperitur. *Uſu.* Herba. *Vires.* Vi cauſtica prædita eſt.

## *IV. De Eranthemo.*

*Foliis tenuiſſimè diſſectis, radice annua, floribus Polypetalis à reliquis differt.*

A. Flos Adonis *Offic. Park. Chab.* Adonis flore rubro *Ger.* Adonis vulgò aliis Eranthemum *J. B.* Adonis hortenſis flore minore atro-rubente *C. B.* Æſtivalis flore minore ruberrimo *H. Ox.* Ranunculus arvenſis foliis Chamæmeli flore phœniceo *T. Inſt.* Adonien mit tunckel rothen Blumen Adonis-Rößlein. In arvis naſcitur ſed rarius. Junio & Julio floret. *Uſu.* Flos. *Vires.* Ad dolores colicos & nephreticos leniendos utilem eſſe ſcribit *Parkinſonus.*

## *V. De Myoſuro.*

*Floſculi herbacei pentapetali, ſemina in ſpicam oblongam caudæ muris æmulam excurrunt.* R. Synop. p. 282.

A. Myoſuros *Offic. J. B. Chab.* Cauda muris

muris *Ger.* Holoſteum Loniceri Cauda muris vocatum *Park.* Holoſteo affinis Cauda muris *C. B.* Adonia puſilla ſegetalis gramineis foliis ſpiſſis, flore obſoleto, ſpicâ caudam murinam æmulante *P. Ae.* Mäuſe-Schwäntzlein. In arvis & ad vias. Maio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Viribus Plantaginis & Coronopi à quibuſdam convenire creditur.

Pag. 228. Ad vires Alceæ adde:

Ex emplaſticorum & emollientium medicamentorum numero eſt. Celebratur ab Empiricis ad caliginem oculorum. Aquâ decocta torminibus inteſtinorum remedio eſt *R. H.* Totius corporis calidis doloribus apprimè conducit *J. B.* Cum vino aut aqua pota, dyſentericis ruptiſque medetur. *Dioſc.*

Pag. 231. Ad vires Plantaginis aquaticæ adde:

Procidentiam ani curare, rubentem podagram, capitis dolorem è cauſâ calidâ mulcere, cruento ſputo urinæque mederi tradit *Schvvenckfeld.* Succus lac in mammillis conſumit. *Roſſli.*

## *XV. De Sagitta.*

*Foliis eſt alatæ ſagittæ formam referentibus floribus tripetalis, ſemina flori unicuique ſuccedunt in capitulum congeſta denſeque ſtipata.* R. Meth. A. p. 67.

A. Sagitta *Offic.* Major *Ger. J. B.* Aquatica major *C. B.* Major latifolia *Park. Chab.* Ranunculus paluſtris folio Sagittato *El. Bot.* Paluſtris folio Sagittato maximo *T. Inſt.* Pfeil-Haupt.

Haupt. Groß Pfeil-Kraut. in rivulis & aquis. Maio & Junio floret. *Uſu.* Herba, Semen. *Vires.* Temperamento eſt frigido humidóque & iiſdem cum Plantagine aquatica viribus pollet. *Matth.*

## XVI. De Clematide.

N*Otæ ſunt ſemina plumulis longis adnaſcentibus cincinnata, flos quadrifolius ſeu cruciatus, ſapor in plerisque ſpeciebus fervidus.* R. Meth. A. p. 69.

1. Clematis altera *Offic.* Cœrulea vel purpurea repens *C. B.* Peregrina cœrulea ſive rubra *Ger.* Peregrina flore rubro vel purpureo ſimplex *Park.* ſive Flammula flore purpureo & cœruleo ſimplex *J. B. Chab.* Wald-Rebe: Lieuen Jungfern Ancker. In ſepibus Italiæ & Hiſpaniæ reperitur, Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Folia, Semen. *Vires.* Semen tritum pituitam bilémque detrahit. Folia illita Lepras purgant. *Dioſcorid.*

A. 2. Atragene *Offic.* Viorna *Ger.* Clematis ſylveſtris latifolia *C. B.* Sylveſtris latifolia ſive Viorna *Park.* Latifolia ſeu Atragene quibuſdam *J. B.* Athragene Theophraſti quibuſdam *Chab.* Reiſiger Freude. Breit blätterichte Wald-Rebe. In ſepibus. Julio floret. *Uſu.* Tota planta, *Vires.* Flore, cortice, ſemine & radice vim urendi habet.

3. Flammula Jovis *Offic.* Jovis ſurrecta *Ger. Park.* Recta *C. B.* Clematis ſive Flammula ſur-

ſurrecta alba J.B. *Chab.* Auffrechte Wald-Rebe. In hortis colitur Æſtate floret. *Uſu.* Herba cum floribus. *Vires.* Vim urendi cum reliquis habet.

Pag. 231. lin. ult. ſubjunge:

## XIX. De *Anemone.*

N*Otæ ſunt ſemina in capitulum oblongum congeſta, pappo ſeu lanugine copioſâ cincta.* R. Meth. A. p. 69.

1. Anemone hortenſis *Offic.* Geranii Rupertiani folio cœruleo: an Dioſcoridis? *C.* B. Geranifolia *Ger.* J. B. *Chab.* Tenuifolia ſive Geranifolia cœrulea *Park.* Garten Anemone. Anemonen Röſslein. In hortis colitur. *Uſu.* Herba. Radix. *Vires.* Acrem vim habet. Commanducata Radix pituitam trahit. *Dioſcorides.*

2. Anemone ſylveſtris *Offic.* Matthioli *Ger.* Sylveſtris alba major *C.* B. Sylveſtris latifolia alba ſive tertia Matthioli *Park.* Magna alba plurimâ parte anni florens J. B. Groſſe weiſſe wilde Anemonen Röſslein. In hortis colitur. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

## XX. De *Pulſatilla.*

N*Otæ ſunt ſemina cincinnata, plumulis longis adhærentibus flores hexapetali.* R. Meth. A. p. 69.

Pulſatilla *Offic. Chab.* Vulgaris *Ger.* Danica *Park. parad.* Folio craſſiore & majore flore *C.* B.

B. Purpurea cœruleáve J. B. Küchenſchellen. Schlott-Blumen. In hortis colitur. Aprili floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum Anemone viribus convenit.

# SECTIO XIV.

## De Herbis Pomiferis.

### I. *De Granadilla ſeu Contrayerva.*

Pag. 233. lin. 4. ſubjunge:

IN priore meo Libro *Muntingium* ſecutus *Contrayervam* Offic. pro radice cujuſdam *Granadillæ* Speciei exhibui. Verum plantam à *P. Camello* eò nomine deſcriptam cùm non ſit ramoſa (ſi modò vera *Contrayerva* ei cognita fuerit) ad hanc Tribum minimè pertinere conſtat. Nihilominus Deſcriptio ejus adeò imperfecta eſt, ut ad quamnam referenda ſit indè expiſcari nequeam.

Pag. 236. pro Cap. IX. adde:

### IX. *De Momordica.*

NOtæ ſunt, *fructus verrucoſis tuberculis exaſperatus minimus, carne pauca, unica intus cavitate, quæ ſponte aperitur, & ſemina continet caliptra ſeu pileolo quodam involuta, plerumque crenata; flores ad centrum uſque in quinque lacinias finduntur.* R. Meth. A. p. 71.

Momordica & Balſamina *Offic.* Momordica *Schrod. Herm. Cat.* Officinarum *Volck.* Vulgaris

ris *El. Bot. T. Inſt.* Momordica, Balſamina, Cucumeraria, Pomum mirabile *Chab.* Balſamina mas *Ger. Park.* Rotundifolia repens ſeu mas *C.* B. Cucumerina Indica, folio integro, fructu variegato *Commel. in not.* Cucumeraria, Momordica, Charantia, Balſamina mas *Munt.* Cucumeraria J. B. Cucumis puniceus Cordi *H.* Ox. Balia-Mucca Piri *H. M. T.* 8. Balſam-Kraut Mänlein Balſam Aepffel. In hortis colitur. Auguſto floret. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Refrigerat parùmque ſiccat, vulneraria eſt, dolores ac præſertim hæmorrhoidum mitigat. Extrinſecus ſauciatis confert nervis, Herniæ, ambuſtis, &c. *Schrod.* Balſamum ex fructu hujus plantæ oleo inſolatæ per longum tempus factum: valet optimè in vulneribus, ulceribus, maximè hæmorrhoidibus, matricis ulceribus, rupturis, &c. *Pharm.* Bat.

Antequam C. *Bauhinus* pinacem ſuum ediderat duos tantum novi Botanices ſcriptores qui *Momordicæ* nomen meminerunt: Poſt eum *Schroderus*, *Chabræus*, D. *Hermannus*, D. *Volckamerus* & D. *Tournefortius* ejus mentionem fecerunt, nemo tamen eorum eo nomine *Balſaminam marem* intelligit, ſed omnes hanc plantam; neque quiſquam Botanices Autor aut auditus mihi aut cognitus eam unquam ita appellat, neque vires ab ipſo D. *Bates* Balſamo Momordicæ attributæ hujus virtutibus diſconveniunt.

SE-

# SECTIO XV.

## De Herbis Bacciferis.

### *I. De Chamæmoro.*

NOtæ *hujus*, *flos pentapetalos*, *fructus è pluribus acinis arctè ſtipatis*, *mora rubi æmulantibus*, *compoſitus.* R. Meth. A. p. 72.

A. 1. Chamæmorus *Offic. Ger.* Vaccinia nubis *ejuſd.* Anglica *Park.* Cambro Britannica ſive Lancaſtrenſe Vaccinium nubis *ejuſd.* Chamærubus folio Ribes Anglica C. B. Rubo Idæo minori affinis Chamemorus J. B. *Chab.* Rubus Alpinus humilis Anglicus, Vaccinia nubis (*i. e.*) Wolcken-Beeren. Kreꜩ-Beeren. vulgò dictus *P. Al.* An Chamæmorus Norwagicus *Park.* Norwagicus Cluſii J. B. Chamærubus folio Ribes C. B. Norwegiſche Brom-Beer. In ſummis Angliæ Alpibus reperitur. Julio & Auguſto fructum maturum edit. *Uſu.* Fructus. *Vires.* In ſcorbuto multum laudat *Hoierus.*

A. 2. Chamærubus *Offic.* Saxatilis C. B. Rubus ſaxatilis *Ger.* Alpinus ſaxatilis *Park.* Tricoccos *ejuſd.* Alpinus humilis J. B. *Chab.* Alpinus humilis Geſneri *El. Bot.* Stein-Beeren. Brom-Beer. Montium altiorum incola eſt. Junio floret. *Uſu.* Baccæ. *Vires.* Cum Rubo Idæo viribus convenit.

## *II. De Smilace aſpera.*

Pag. 240. pro 2da Specie adde:

2. SMilax aſpera *Offic. Ger.* J. B. *Chab.* Aſpera fructu rubro *Park.* Aſpera fructu rubente C. B. Scharffe oder ſtechende Winde. In hortis colitur. Æſtate floret. *Uſu.* Folia, viticuli, baccæ. *Vires.* Noxios humores per ſudorem & tranſpirationem evacuat, cutis vitia expurgat, venena arcet, articulorum dolores ſedat. Succedaneum eſt Sarſaparillæ.

Pag. 242. lin. ult. adde:

## *IX. De Monophyllo.*

*CUjus notæ floſculi tetrapetali ſtellati, ſpicatim digeſti, foli è terra exorta (duo enim, vel tria in caule ſunt) ſingularia, baccæ rubræ, ut in Lilio convallium.* R. Meth. A. p. 73.

Monophyllon *Offic. Ger.* ſive Unifolium *Park.* Unifolium, ſive Ophrys unifolia *J. B. Chab.* Lilium convallium minus *C. B.* Smilax unifolia humillima *El. Bot.* Einbladt. In ſylvis & dumetis. Maio & Junio floret. *Uſu.* Flos. *Vires.* Cum Lilio convallium viribus convenit.

Pag. 243. lin. ult. ſubjunge:

## *XII. De Ipecacuanha.*

*FLores & baccæ ſunt racemoſæ, unde ab Herba Paris differt.*

Ipecacuanha *Offic. Pomet. Piſ. Act. Philoſ. Lond.*

*Lond. N.* 238. Ipecacuanha *Marl. ob.* Hipocacuanha *Bagl. Prax.* Ipecacoanna Braſilienſibus *Marg.* Igpecaya ſive Pygaya *Laet. Purch. Pilg. Vol.* 4. Herba Paris Braſiliana polycoccos *R. H. p.* 669. Periclymeno parvum Braſilianum Alexipharmacum *P. Al.* Periclymeno accedens planta Braſiliana, floſculis congeſtis albis *H. Ox.* Braſilianiſche Einbeer. Ipecacuanha. Ex Braſilia exportatur. *Uſu.* Radix parva tenuis, nodoſa, foris fuſca, intùs fere buxei coloris, ſapore amaricante. *Vires.* In fluore albo multum valet. Specificum eſt, ac fermè infallibile remedium in fluxibus Dyſentericis, aliis Hemorrhagiis ſanguineis, colliquationibus humorum, &c. *Baglio.* Infuſa vel in pulvere ſumpta per vomitum & ſeceſſum purgat, & non ſolum in Dyſenteria ſed etiam in affectibus ventriculi datur cum ſucceſſu.

## XIII. *De Solano.*

Pag. 244. pro 3a & 4ta Speciebus Solani ſubjunge:

3. Amomum Plinii *Offic. Ger.* Plinii vulgò *Herm. Cat.* Solanum fruticoſum bacciferum *C. B.* Fruticoſum Americanum, dictum Amomum Plinii *Park.* Strychnodendros. *J. B.* Appollinaris Solani ſpecies ex Appennino; Strychnodendros: Solanum arboreſcens *Chab.* Baumichter- Staudichter Nachtſchatten. In inſula Madera ſponte oritur. Julio & Auguſto floret.

4. Battata Virginiana *Offic. Ger. Park.* I
pasAmericanum *J.*B.Americanum, Pycnoc
mum Opanank Inſulæ Virginiæ radix: Chu
no *Chab.* Solanum tuberoſum eſculentum
*B.* Virginianſche Potatoes. Erd-Aepffel.
Virginia ſponte oritur, apud nos in hor
colitur. Junio & Julio floret. *Uſu.* Rad
In Culinis, in Officinis nunquam. *Vi*
Cum Battata Hiſpanica viribus conven
creditur.

## XIV. *De Lycoperſico.*

A *Solano fructu in plures cellulas diviſo* *d*
*fert. Floris figurâ convenit.* R. Meth.
p. 74.

Pag. 244. lin. 27. ſubjunge:

## XV. *De Melongena.*

A *Solano differt quod fructus ejus ſolidus ſit carno*
*& ſine cavitate, cum Solano mollis ſit, cav*
*ſucculentus.* R. Meth. A.

Mala inſana *Offic. Ger.* Inſana Syriaca *Par*
Malum inſanum folio non ſpinoſo *Munt.* S
lanum pomiferum fructu oblongo *C. B.* P
miferum fructu rotundo *J. B.* Melonger
fructu oblongo *El. Bot.* Arabum, Melanzan
Solanum pomiferum *Chab.* Belingela *Piſ.* Lu
ſitanis Melongela Latinis: Tongu Angole
ſibus, Macumba Congenſibus *Mareg.* Melan
ßan Aepffel. Doll-Aepffel. In hortis apud no
colitur, Æſtate floret. *Uſu.* Fructus.

Pag. 245. lin. 11. ſubjunge:

## XVII. *De Bella Donna.*

*FLores habet campaniformes, concavos & tubuloſos, margine in quinque ſegmenta acuta diviſo; fructus major, in duas cellas diviſus, malignus & venenatus.* R. Meth. A. 74.

A. Solanum lethale *Offic. Ger. Park.* Melanocerasus C. B. Manicum *Chab.* Manicum mulis ſeu Bella donna *J. B.* Furioſum, luridè purpureo flore calathoide, melanocerasus. P. *Al.* Coſmeticum *Hofman.* Solano congener flore campanulato vulgatius, latioribus foliis *H. Ox.* Bella donna Cluſii *El. Bot.* Donna, majoribus foliis & floribus *T. Inſt.* Wald Nachtſchatten. Tödtliche Nachtſchatten Doll-Wurtz. In locis ruderatis & ad ſemitas. Junio & Julio floret, *Uſu.* Folia. *Vires.* Recentia mammis impoſita, earum duritias & tumores emolliunt, diſcutiunt & ſanant etiam cancroſas *R. H.* Intus ſumpta maligna eſt & lethalis planta.

## XVIII. *De Halicacabo.*

Pag. 245. lin. 23. ſubjunge:

MOrbo articulari efficacius eſſe creditur.

2. Solanum ſomniferum *Offic. Ger. Park.* Somniferum verticillatum *C. B. Chab.* Somniferum antiquorum *Alp. ex.* Verticillatum *J. B.* Verticillatum anguſtiore folio flore ochroleuco *Ban. Cat.* Veſicarium verticillatum fructu erecto minore *H. Ox.* Alkekengi Mexicanum *Herm.* Fructu parvo verticillato *El. Bot.*

Bot. Peevetti *H. M.* Schlafmachender Nach=ſchatten. Nachtbeer. In hortis Botanicorum Julio floret. *Uſu.* Radix, Fructus. *Vires.* Radix vim habet ſomniferam, Opio tamen mitiorem. Fructus, urinam vehementer ciet unde Hydropicis exhibetur. Decoctus dentium doloribus auxiliatur. Radicis ſuccu cum melle oculorum hebetudines tollit. *Dioſc*

## *XIX. De Aſparago.*

Pag. 246. lin. 5. ſubjunge:

ASparagus ſylveſtris *Dioſc.* Sylveſtris moll & tenuiſſimo folio D. *Jonſ.* Pratenſis *J. B* Sylveſtris tenuiſſimo folio *C. B.* Wilder Spargen. Circa Monſpelium obſervatur. Sol transplantatione à ſativo differt.

2. Aſparagus petræa, & Corruda *Offic.* Petræa ſive Corruda *Ger.* Foliis acutis *C. B.* Acuto folio petræus *Jonſ.* D. Sylveſtris foliis acutis *Park.* Corruda *J. B.* Sive Aſparagus ſylveſtris *Chab.* Stein Spargen. Dorn Spargen. Ad ſepes & in dumetis Italiæ, &c. frequens. Auguſto floret. *Uſu.* Turiones, Radix. *Vires.* Cum Sativo viribus convenit, cujus vice eo utuntur Monſpelienſes *Pharmacopœi.*

## *XX. De Oxycocco.*

N*Otæ hujus folia Serpylli, viticulæ tenues ſupinæ, floſculi tetrapetaloides, baccæ ſublongæ, locus paluſtris.* R. Meth. A. p. 75.

1. Oxycoccos *Offic.* ſive Vaccinia paluſtria *J. B. Chab.* Oxycoccum Cordi *Volck.* Vacci-

nia

a paluſtria *Ger. Park.* Vitis Idæa paluſtris *B.* Mooß Beeren. Viehbeſinge. In palu-is lociſque putridis. Jnnio floret. *Uſu.* Fru-us. *Vires.* Fluxus alvi vomitúmque ſiſtit, im ſedat, ventriculum corroborat, æſtum brilem compeſcit, peſti reſiſtit.

2. Uva Gruina *Offic.* Vitis Idæa paluſtris irginiana fructu major *R. H. p.* 685. Idæa luſtris Americana, oblongis ſplendentibus liis fructu grandiore, rubro, pluribus in-s acinis referto P. P. *Tab.* 320. *f.* 6. Cranich-eeren. Ex Nova Anglia tranſportatur. *Uſu.* iccæ. *Vires.* Ad Scorbutum præſtare cre-tur. In culinis noſtris etiam reperitur.

---

# SECTIO XVI.

## De Herbis Multiſiliquis ſeu Corniculatis.

### *II. De Telephio.*

Pag. 248. pro 2da Specie Telphii adde:

A. Rhodia radix *Offic. Ger. Park. C. B. J. B. Chab.* Telephium radice Roſam ſpirante, majus *Herm. Cat.* Luteum minus, radice Roſam re-olente *H. Ox.* Anacampſeros, radice Roſam irante *El. Bot.* Radice Roſam ſpiran-major *T. Inſt.* Roſen-Wurtz. Rhodieſer-Burtz. In montoſis reperitur. Vere floret. *ſu.* Radix tuberoſa fragilis, foris fuſca, in-is albida, odore & ſapore roſeo. *Vires.* Cal-facit

facit & ſiccat, Cephalica eſt. *Uſus.* præcipuè in dolore capitis.

## III. De *Cepæa.*

N*Otæ ſunt Folia ſucculenta Portulacæ ſimilia. Flores ſtellati in Caulibus à medio ſummum tenus.*

Cepæa *Offic. Ger. C. B. J. B. Chab.* Matthioli *Park.* Sedum Cepæa dictum *Herm. Cat.* annuum album, oblongo Portulacæ minoris folio *H. Ox.* Cepeen Kraut. Acker Burtzel. In hortis ſeritur. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Folia in vino pota Urinæ ſtillicidio, & veſicæ ſcabie laborantibus opitulantur. *Dioſcoridis.*

Pag. 248. Ad vires Illecebræ adde:

Acris eſt planta ac vehementer excalefaciens. Intrinſecus ſuccus aliquo liquore extractus vomitum movet, craſſos, pituitoſoſque ac bilioſos humores potenter educit, unde in febribus quartanis mirè confert. Inter antiſcorbutica recenſetur. Extrinſecus rubificat, veſicas excitat, ac tandem exulcerat. *Dioſc.*

Pag. ead Ad vires Umbil. Veneris adde:

Leviter aſtringere, refrigerare, repercutere & abſtergere aſſerit *Gal.* Succus inflammationibus, ignibus ſacris, ſtrumis & pernionibus illitu auxiliatur; ſtomachi ardorem mitigat, &c. Folia cum radice comoſa calculoſis proſunt & Urinam cient. *Dioſcorid.*

## VI. De Pæonia.

Pag. 249. pro 4ta Pæoniæ Specie adde:

PÆonia flore albicante *Offic.* flore pleno albicante *Park. Parad.* flore ex albido leno major & minor *C. B.* fœmina polyanos flore albo *Ger.* fœmina polyanthos *Chab.* bo flore pleno, ſive polyanthos alba fœuna *J. B.* Pöonien Weiblein mit weiſſen lumen. In hortis reperitur. Maio floret. ſu. Radix. *Vires.* Cum priore viribus conenit.

## VII. De Helleboro nigro.

Pag. 250. lin. 14. ſubjunge:

N paſſione Hyſterica, & affectione Hypocondriaca remedium ſpecificum & efficaſſimum æſtimatur. P*urcel.*

A. 2. Helleboraſtrum *Offic. Ger.* Helleboraſter inor flore viridante *Park.* Helleborus niger tenſis flore viridi *C. B.* niger ſylveſtris raoſus, latiore folio deciduo *H. Ox.* Elleboas niger vulgaris flore viridi vel herbaceo, adice diuturna *J. B. Chab.* Bärsfuß. Schwartze Nieſewurtz. Chriſtwurtz. In locis ontoſis. Martio & Aprili floret. *Uſu.* Radix, olia. *Vires.* Folia adverſus variolas alioſque orbos contagioſos (in cereviſia pota) mirè commendat D. *Johnſon.* Radix eaſdem faculates cum genuino habet. Purgat inferioem ventrem, pituitam & flavam bilem ducens J. B. Hippitriaci & Pecuarii in lue jumentorum

torum huic plurimum confidunt; ſcilicet boum palearia, equorum cutem infra cervicem, pecudum aures ſtylo pertundunt, dein fibras radicum hujus per vulnus tranſadigunt, unde Pflockwurtzels dicuntur.

A. 3. Conſiligo *Offic.* Helleboraſtrum *Pharm. Bat.* Helleboraſter maximus *Ger.* maximus ſive Conſiligo *Park.* Helleborus niger fœtidus *C. B.* niger ramoſus anguſtifolius ſemper virens elatior *H. Ox.* Elleborus niger ſylveſtris adulterinus etiam hyeme virens *J. B. Chab.* Schmalblätterigte Nieſewurtzel. In ſylvoſis ſed rarius. Februario & Martio floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Pulvis foliorum exſiccatorum pauca quantitate verminantibus pueris exhibetur, optimumque & certiſſimum remedium vulgò æſtimatur. Adnotat autem bene *Tragus* internis corporis partibus adhiberi non debere, ſed ab illo cavendum tanquam á peſtilentiſſima herba.

## *VIII. De Fraxinella.*

Pag. 250. lin. ult. ſubjunge:

DUas Tragii ſpecies *Dioſcorides* memorat, verùm adeò obſcure de iis ſcripſit; ut non leves controverſiæ inter Botanicos de earum prima indè exortæ ſint, varias plantas eo nomine appellantes. *Geſnerus* Polygonum bacciferum pro eo habet, *Dodonæus* in *Hiſtoria Gallica*, Atriplicem olidam quam Tragium Germanicum vocat; *Pona* & *Bellus* Androſemum fœtidum, Tragium Creticum Bel-

Bellonio dictum, *Lobelius* Tragium *Dioſcoridis* Fraxinellam noſtram eſſe arbitratur, in cujus opinionem & ipſe propendeo, quod nulla alia ex prædictis planta, *Lentiſco ſemine folio & ramis ſimilis, ſingulis tamen minoribus*, dici poteſt.

Alterum *Dioſcoridis* Tragium *Rauwolfius* Stœchadis ſpeciem fuiſſe credidit, ut ſuo loco oſtendi.

2. Aniſum Indicum *Offic.* Indicum ſtellatum *Ger. emac.* peregrinum *C. B.* exoticum Philippinarum Inſularum *Park.* Zingi fructus ſtellatus ſive Aniſum Indicum *J. B. Chab.* Fœniculum Sinenſe *Fr. Redi Exper. Nat.* Cardamomum Siberienſe Patavinorum *Hort. Boſian.* Euonymo adfinis Philippinarum Inſularum, Aniſum ſpirans, nuculas in capſulis ſtelliformiter congeſtis, proferens *P. Al.* Indianiſcher Anieß/ à ſimilitudine ſeminum Aniſi quoad odorem, & Stern-Anieß/à figura capſulæ ſeminum ſtellam referente. Ex India Orientali ad nos tranſportatur. *Uſu.* Theculæ, quæ fuſci coloris ſunt, ſingulæ ſingula ſemina coloris fuſci ſplendentis, Lenticulæ circiter magnitudine continent.

## *IX. De Abutilo.*

*Foliis mollibus Althææ, floribus è foliorum alis exeuntibus Alceæ thecis bivalvibus cum ſolitariis in ſingulis ſeminibus ab aliis hujus generis differt.* R. Meth. A. p. 77.

Abutilon *Offic.* Dodonæi *El. Bot.* Althæa lutea *Ger.* Theophraſti flore luteo *C. B.* Theophraſti flore luteo quibuſdam Abutilon *J. B.*

*Chab.* lutea ſive Abutilon Avicennæ putatum *Park.* Alcea Indica, Abutilon dicta major, pericarpio membranaceo, orbiculari, compreſſo, vertice corniculis extùs coronato, intùs in decem aut duodecim loculamenta diviſo *P. Al.* Ibiſch mit gelben Blumen/Althe.. In hortis ſeritur. Julio floret. *Uſu.* Folia, Semen. *Vires.* Folia externè ulcera mundant. Semen urinam provocat, calculum expellit.

## X. *De Caltha Paluſtri.*

*Notæ ſunt flos Ranunculi, ſed nudus absque perianthio, ſiliquæ radiatim diſpoſitæ, folia integra ſubrotunda.* R. Meth. A. p. 78.

A. Chamæleuce *Offic.* Caltha paluſtris *J. B. Chab.* paluſtris major *Ger.* paluſtris vulgaris ſimplex *Park.* paluſtris flore ſimplici *C. B.* Pſeudo-Helleborus ranunculoides pratenſis rotundifolius ſimplex *H. Ox.* Populago *El. Bot.* Küh-Blume/Gold-Wieſen-Blume. In aquoſis. Majo floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Lumborum doloribus propitia eſt. *Dioſc.*

## XIV. *De Aconito.*

Pag. 252. poſt lin. 9 pro 1. & 2. Speciebus Aconiti, adde:

1. Napellus *Offic.* verus cœruleus *Ger.* verus flore cœruleo *Park.* Aconitum cœruleum ſeu Napellus primus *C. B.* magnum Napellus *Chab.* magnum purpureo flore, vulgò Napellus *J. B.* Münchs-Kappen / Narren-Kap-

Kappen / blau Eiſen-Hütlein. In hortis reperitur. Julio floret. *Vires.* Facultate eſt hominibus aliiſque animalibus exitiali & pernicioſa *R. H.*

2. Aconitum Ponticum *Offic.* luteum Ponticum *Ger.* lycoctonum *Chab.* lycoctonum luteum *C. B.* luteum Ponticum ſerotinum flore albido *Park.* folio Platani, flore luteo palleſcente *J. B.* Wolffswurtz mit weißlichten Blumen. In hortis colitur. Julio floret. *Vires.* Maligna eſt planta.

Hoc eſt Aconitum alterum *Dioſcoridis*, Lycoctonum & Cynoctonum dictum: cujus cum tres faciat ſpecies, hoc ad tertium refertur quam Ponticum vocari ait: *Foliaque habere Platani, ſed longiora, nigriora, & crebriore diviſura: caulem filicis pediculo ſimilem, nudum, cubitali altitudine: Semen verò in ſiliquis oblongis rependere, ac radicibus tandem eſſe in Squillæ marinæ modum nigreſcentibus.* Chab.

# SECTIO XVII.

## De Herbis flore Monopetalo vaſculiferis.

### II. *De Nicotiana.*

Pag. 251. pro 2da Specie Nicotianæ adde:

HYoſcyamus luteus *Offic. Ger.* Petum Anglicanum *Pharmacol. Bat.* Tobacco Anglicum *Park.* Nicotiana minor

C. B. Priapeia, quibuſdam Nicotiana minor J. B. *Chab.* Engliſch Taback. In hortis ſeritur. Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Cum Hyoſcyamo viribus convenit.

Hæc planta pro Mandragora & Nicotiana Mulierculis Botanopolis Londinenſibus non rarò venditur.

## III. *De Gentiana.*

Pag. 255. pro 2da, 3tia & quarta ſpecie Gentianæ adde:

2. GEntianella verna *Offic.* verna major *Ger. emac.* Alpina verna major *Park.* Alpina anguſtifolia magno flore *C. B.* Alpina magno flore *P. Al.* Gentiana Alpina magno flore *J. B.* Alpina flore magno cœruleo, Violæ Marianæ *Chab.* Quinta ſive Gentianella verna major Cluſii *H. Ox.* Alpina pumila anguſtifolia magno flore *El. Bot.* Berg-Gentianel mit Glocken Blumen. Summis Alpium jugis ſponte reperitur, in hortis autem frequens nutritur. Aprili & Majo floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Amariſſimus eſt totius plantæ Sapor, ideoque jecinoris vitiis, nempe regio morbo & obſtructionibus, auxiliatur. *J. B.*

A. 3. Pneumonanthe *Offic. Ger.* Gentianella autumnalis Pneumonanthe dicta *Park.* Gentiana paluſtris anguſtifolia autumnalis major *ejusd.* Gentiana ſpecies, Calatina quibuſdam radice perpetua ſive paluſtris *J. B.* Species paluſtris Calathiana viola quibuſdam *Chab.* Lungen

gen⸗Blumen. In ericetis humidioribus reperitur. Autumno floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Efficax à recentioribus adverſus peſtilentes morbos habetur, & ad virulentorum animalium morſus & ictus. Alii præclaras ei vires in ſanandis pulmonum affectionibus ac hepatis adſcribunt *J. B.* Gentianæ viribus convenit multò tamen imbecillior eſt.

A. 4. Gentianella autumnalis *Offic.* fugax minor *Ger.* autumnalis Centaureæ minoris foliis *Park.* fugax quarta Cluſii flore dilute purpuraſcente & cœruleo elegantiſſimo *J. B.* fugax Cluſii *Chab.* Gentiana brevi folio *C. B.* Kleiner Himmels⸗Stengel. In montoſis cretaceis & paſcuis ſiccioribus. Septembri floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Iiſdem facultatibus cum majore Gentiana pollere creditur.

Hæc planta præſtantiſſimum eſt ſtomachicum, & è gratiſſimis herbis amaris, Centaurium minus longè ſuperans, cujus loco in frequenti nunc dierum uſu eſſe incipit apud ingenioſos Medicos & Pharmacopœos *Londinenſes.*

## *IV. De Convolvulo.*

Pag. ead. pro prima & 2da Speciebus Convolvuli adde:

1. A. Smilax lævis *Offic.* lævis, Convolvulus major *Chab.* lævis ſive lenis major albus *C. B. Park.* vulgaris major albus ſeu flore majore albo *H. Ox.* major flore albo *P. B.* Groſſe weiſſe Winde/Zaun⸗Glocken. Ad ſepes & in

in hortis. Æſtate floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Expurgat humores bilioſos acres & ſeroſos.

A. 2. Helxine ciſſampelos *Offic.* ciſſampelos multis ſive Convonvulus minor. *J. B.* Convolvulus minor arvenſis. *C. B.* minor albus vulgaris *Park.* minor purpureus *ejusd.* vulgaris flore minore purpureo *H. Ox.* minor. Saſione veterum, Helxine ciſſampelos *Chab.* Smilax lævis minor *Ger.* Kleine Winde / Korn-Winde. In arvis. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Foliorum ſuccus potu dejicit alvum. *Dioſc.*

Ingenioſus & eruditus vir D. *Tournefortius El. Bot. p. 109.* Jalapam Convolvuli radicem non eſſe ait, ſed cujuſdam Mirabilis Peruvianæ ſpeciei quam *Jalapam Officinarum fructu rugoſo* vocat, cujus notitiam à *P. Plumier* habuit.

Pag. 257. pro 6ta Specie Convolvuli adde:

8. BAtatas *Offic. C. B. J. B.* planta peregrina Indica Camotes, Amotes & Aies etiam dicta Cluſii *Chab.* Battatas Occidentalis Indiæ & Inhame Orientalis Luſitanorum *Park.* Convolvulus Indicus Batatas dictus *R. H.* Indicus radice tuberoſa eduli, cortice rubro Batatas dictus *P. B. P.* Indicus Orientalis Inhamæ ſeu Batanas. Siſarum Peruvianorum ſeu Battata Hiſpanorum *H. Ox.* radice tuberoſa eſculenta, Spinachiæ folio, flore albo, fundo purpureo, ſemine poſt ſingulos flores ſingulo *Cat. Jamaic.*

*Jamaic.* Siſarum Peruvianum ſive Battatas Hiſpanorum *Ger. emac.* Jetica vulgò Batata *Piſ.* Braſilienſibus *Marg.* Kappa kelengu *H. M.* Spaniſche Potatoës. Peruvianiſche Zucker-Rüben. Utriuſque Indiæ multis in locis ſponte oritur. *Uſu.* Radix. *Vires.* Temperata eſt, & cocta vel aſſa ventrem emollit, eſtur aut cruda, aut cocta in deliciis ob ſaporis gratiam æſtimatur.

## V. De Cneoro.

*Caule non ſcandente à Convolvulo differt.*

A. Cneoron album & Dorycnium *Offic.* album folio Oleæ argenteo molli *C. B. Jonſ. D.* album foliis argenteis *Ger. emac.* album Dalechampii aliis Dorycnium *Chab.* Dorycnium Imperati *J. B.* Creticum Alpinum *Park.* Convolvulus major rectus Creticus argenteus *H. Ox.* argenteus umbellatus erectus *El. Bot. T. Inſt.* Stein-Röſslein. In Candia reperitur. Julio floret. De viribus & uſu nil invenio apud Authores.

## VI. De Campanula.

*NOtæ ſunt, flos campanulatus in quinque plurimum lacinias ad margines ſectus ſummo fructui inſidens, vaſculum ſeminale in terna loculamenta diviſum, ſucco lacteo ſcatere.* R. Meth. A. p. 82.

A. 1. Campanula *Offic.* radice eſculenta flore cœruleo *Herm. Cat.* Rapunculus *Chab.* eſculentus *G. B.* eſculentus vulgaris *Park.* vulga-

ris campanulatus *J. B.* Rapuntium parvum *Ger.* Kleine Rapuntzel. In aggeribus foſſarum Julio floret. *Uſu.* Radix in culinis, Semina in Officinis. *Vires*. Semen oculorum fluxiones cohibet. Succus aurium dolores ſedat. *Dioſc.*

A. 2. Trachelium *Offic.* majus *Ger.* majus flore purpureo *Park.* majus ſive Cervicaria *P. B.* Campanula, Cervicaria *Chab.* vulgatior foliis Urticæ major & aſperior *C. B.* major & aſperior folio Urticæ *J. B.* Hals-Kraut / Hals-Wurtzel. In ſylvoſis & ad ſepes. Julio floret. *Uſu.* Folia. *Vires*. Ad anginas commendatur, etiamque in tumoribus & inflammationibus oris. &c.

3. Medium *Offic.* Dioſcoridis Rauwolfio *J. B. Chab.* Viola *mariana* peregrina *Park.* mariana laciniatis foliis peregrina *C. B.* Campanula foliis profunde inciſis, fructu duro *T. Corol.* Syriſche Milch-Glócklein mit zerkerbten Blättern. In Syria & Græcia reperitur. *Uſu.* Radix, Semen. *Vires*. Radix menſes ſiſtit, Semen menſtrua pellit. *Dioſc.*

Hanc cum *Rauwolfio Dioſcoridis* potius Medium habendum eſſe exiſtimo, quàm Violam Marianam quam *Matthiolus* pro eo exhibet quod melius convenit cum brevi illius deſcriptione à *Dioſcoride* tradita, *lib. 4. cap. 18,* in his verbis: *Medion in ſaxis, & opacis naſcitur folia habet Iridis: caulem tricubitalem, & in eo florem grandem, purpureum, rotundum: ſemine Cnici minuto: radicem dodrantalem, craſſitudine baculi guſtu acerbo.*

VII. D

## VII. De Viola Mariana.

*A Campanula differt fructu in quinque cellas diviſo & floris marginibus minùs profunde ſectis.* R. Meth. A.

Viola Mariana *Offic. Ger.* Mariana flore purpureo *Park.* Mariana Dodonæi quibuſdam Medium *J. B. Chab.* Campanula hortenſis folio & flore oblongo *C. B.* Coventry-Glöcklein / Purpur-rothe Milch-Glöcklein. In ſylvis & montoſis, apud nos tantum in hortis reperitur. Æſtate floret. *Uſu.* Radix in Officinis raro, in culinis autem inter olera. *Vires.* Refrigerat, ſiccat, parùm aſtringit.

Pag. 258. poſt lin. 29. adde:

## IX. De Pinguicula.

*NOtæ ſunt cauliculi nudi, unicum in ſummitate florem violam referentem calcari donatum geſtantis, vaſculum ſeminale bivalva ſubrotundum, folia humi ſtrata, pallida, humore pingui madentia.* R. Meth. A. p. 90.

A. Piguicula *Offic.* Geſneri *J. B.* Geſneri-Cuculata Hiſtoriæ Lugdunenſis *Chab.* ſeu, Sanicula Eboracenſis *Ger. Park.* Sanicula montana flore calcari donato *C. B.* Viola paluſtris Pinguicula vel ἰόνυγρον, dodecatheon Plinii *H. Ox.* Butter-Wurtz. Schmer-Wurtz. Berg-Sanikel. In montoſis humidis. Majo floret.

*Uſu*. Herba. *Vires*. Vulneraria eſt planta, & ad ramices puerorum eximia. Syrupum ex ea factum purgat pituitam ſatis ſtrenuè.

Pag. 259. lin. 14. ſubjunge:

Oculorum fluxionibus & inflammationibus auxiliatur, foliis cum polenta tritis & impoſitis. Eadem cocta ſorbitionis uſu dyſenteriam ſiſtit. *Dioſc.*

## XI. De Antirrhino.

*Notæ ſunt flos rictum exprimens, clauſus nonnullis dictus, labio ſuperiore bifido, inferiore tripartito, calcari carens. Vaſculum ſeminale in bina loculamenta diviſum vituli caput & naves referens, è tribus foraminibus ſemina fundens.* R. Meth. A. pag. 90.

A. Artirrhinum *Offic.* minus *Ger.* ſylveſtre Medium *Park.* arvenſe majus *C. B.* arvenſe minus *H. Ox.* anguſtifolium ſylveſtre *J.B.* anguſtifolium flore rubro *Herm. Cat.* anguſtifolium quibuſdam minus aliis *Chab.* Kalbs-Maul/ Klein Orant. In arvis arenoſis. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* In ſuffuſionibus oculorum, & in paſſione Hyſterica à quibuſdam commendatur.

## XII. De Ariſtolochia.

Pag. 260. lin. 12. ſubjunge:

4. Piſtolochia *Offic. Ger.* vulgatior *Park.* Ariſtolochia Piſtolochia dicta *C. B.* polyrrhizos

205 *J. B. Chab.* Oſterlucey mit viel dünnen langen Wurtzeln. In Italia, Gallia & Hiſpania ſponte oritur. Æſtate floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum reliquis viribus convenit.

Pag. 262. lin. 10. ſubjunge:

## *XVI. De Alectorolopho.*

*Notæ flores galeati & labiati, labello tripartito: florum calices ampli, & veſicularum inſtar inflati, vaſcula ſeminalia occultantes bicapſularia compreſſa aut ſubrotunda, tum in ſummo, tum in lateribus in duo foliola ſe aperientia, ſeminibus fœta oblongis vel compreſſis.* R. Meth. A. p. 91.

A. 1. Alectorolophus, Criſta galli *Ger. Chab.* galli fœmina *J. B.* Pedicularis ſive Criſta galli lutea *Park.* pratenſis lutea vel Criſta galli *C. B.* Gelb Läuſe-Kraut/Ródel-Kraut. In paſcuis. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* In tuſſi & caligine oculorum commendatur. *Park.*

A. 2. Pedicularis *Offic. Ger.* pratenſis purpurea *C. B.* purpurea paluſtris ſeu pratenſis vulgaris humilior *H. Ox.* pratenſis rubra vulgaris *Park.* quibuſdam Criſta galli flore rubro *J. B. Chab.* Ródel / Braun-Ródel / Läuſe-Kraut. In pratis & paſcuis humidioribus. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Frigida & ſicca eſt, undè ad fiſtulas & ſinuoſa ulcera utilis. Sanguinis profluvium & menſes ſiſtit. Viroſam facultatem habet, unde internos ejus uſus condemnat *J. B.*

Pag.

Pag. 262. lin. 18. adde:

## *XVIII. De Melampyro.*

*NOtæ floris labium ſuperius arcuatum ſeu fornicatum & inciſum, inferius integrum, ſibi mutuo conjuncta: folium breve laciniatum & canaliculatum, pericarpium ſinu ſuo excipiens bivalve, quod à cuſpide ad baſin in duas carinas aperitur,* &c. *Semina triticeis ſimilia.* R. Meth. A. p. 91.

1. Triticum vaccinum *Offic.* Melampyrum ſive Triticum vaccinum *Chab.* multis ſive Triticum vaccinum *J. B.* purpureum *Ger.* purpuraſcente coma *C. B.* Cratæogonum purpureum *Park.* Küh-Weitzen. Inter ſegetes paſſim. Junio floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* In medicina nondum quod ſciamus uſum obtinuit cum *J. Bauhino* conſentimus, gratus autem paſtus eſt bobus & vaccis ſaginandis.

A. 2. Cratæogonum *Offic.* album *Ger.* vulgare *Park.* Melampyrum luteum latifolium *C. B.* album. Triticum Vaccinum quorundam *P. B.* ſylvaticum flore luteo, ſive Satureia lutea ſylveſtris *J. B.* Gelber Kühweitzen / wilder Kühweitzen / Wald-Hirſe. In ſylvis & in dumetis. Junio & Julio floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Venerem ſtimulat. *Lob.*

## *XIX. De Polygala.*

*NOtæ ſunt flos ima parte clauſus, ſumma expanſus & in duo labia diviſus, ſuperiore bifido, inferio-*

*ſeriore plerumque fimbriato; vaſcula ſeminalia Thlaſpeos, compreſſa, didyma. Fructus floris calice obtegitur, è quinque foliis compoſito, quorum tria parva, duo grandia, velut alæ fructum amplectentia.* R. Meth. A.

A. Polygala *Offic. Ger.* vulgaris *C. B.* vulgaris Officinarum *Volck.* minor *Park.* tetrapetala, ſiliculoſa bicapſularis, longo & anguſto folio, minor *H. Ox.* Polygalon multis *J. B. Chab.* Flos Ambarvalis vulgo *Herm. Cat.* Milch-Wurtz / kleine Creutz-Blümlein. In paſcuis ſiccioribus frequentiſſima, Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Ex amarore calidam & ſiccam eſſe probant; folia in vino cocta bilem per alvum dejiciunt. *Geſn.*

Hæc eſt Polygala *Officinarum Angliæ* & Botanicorum plerorumque modernorum; verùm plantam illam eſſe quam hoc nomine tradit *Dioſcorides* neque deſcriptio, neque vires ut credamus permittunt, cùm nec folia Lentis habeat, nec facultatem augendi lac, quorum utrumque Polygalæ attribuitur.

SE-

# SECTIO XVIII.
## De
## Herbis floribus tetrapetalis.

### *De Plantis flore uniformi tetrapetalo ſiliquoſis.*

Pag. 265. pro Cap. I. adde poſt lin. 12.

### *I. De Leucoio.*

*Cujus notæ, ſiliquæ oblongæ, compreſſæ, bivalves, membranâ intergerinâ in duo loculamenta, duas ſeminum compreſſorum; aliâ foliaceâ cinctorum ſeries continentia, diviſæ, flores majuſculi odorati.* R. Meth. A. p. 94.

Leucoium album *Offic. Ger.* ſimplex ſativum *Park.* incanum majus *C. B.* hyemale & diu durans album *J. B. Chab.* Weiſſe Wald-Nägelein/ Schnee-Tröpfflein. In hortis colitur. Æſtate floret. *Uſu.* Flores. *Vires.* Ulcera oris & rimas ſedis ſanant, contra vulvæ inflammationes valent. *Dioſc.*

Pag. 304. lin. 30. adde:

### *IV. De Viola Lunaria.*

*Siliquâ latâ brevi à Leucoio diſtinguitur cum quo ſeminis figura compreſſâ convenit.* R. Meth. A. p. 95.

2. Bul-

1. Bulbonach *Offic.* Bulbonac vulgatiſſime *P. B.* Viola lunaria ſive Bulbonach *Ger. Park.* lunaris vulgaris *ejusd. Parad.* lunaria major ſiliqua rotunda *C. B.* Lunaria major ſiliqua rotundiore *J. B.* Leucoium lunatum ſeu lunarium latifolium majus annum, ſiliquâ rotundâ, flore violaceo ſeu ſubcœruleo *H. Ox.* lunatum &c. flore purpureo *Herm. Cat.* Frembd Mond-Kraut / Mondveiel. In montanis ſylvis creſcit, apud nos autem in hortis colitur. Æſtate floret. *Uſu.* Radix, Folia, Semina. *Vires.* Radix abſtergit, mediocriter calfacit & urinam cit, ut Rapunculus, folia calido, acrique & amaro guſtu ſunt: Pulvis ſeminis amariſſimi cum aqua appropriata exhibetur in Epilepſia. *Cam. Schwenckfeld.*

2. Viola lunaria *Offic.* Lunaris longioribus ſiliquis *Ger.* lunaris altera ſive peregrina *Park. Parad.* lunaria major ſiliquâ oblongâ *C.B.* Lunaria major *Chab.* major ſiliquâ longiore *J. B.* Leucoium majus perenne ſiliquâ lunatâ longâ coronatâ *H. Ox.* Mondveiel mit länglichten Schoten. In montibus Saleva, &c. provenit. Majo floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Quidam in Helvetia chirurgus ex contuſis foliis & Sanicula parabat unguentum vulnerarium non contemnendum. *Cam.*

## *V. De Heſperide.*

*A Leucoio differt tum ſiliquis, quæ non ut in Leucoiis compreſſæ ſunt, ſed tumidæ & ſubrotundæ;*

*dæ; tum ſeminibus, quæ teretiuſcula & oblonga.* R. Meth. A. p. 95.

Heſperis *Offic.* hortenſis *C. B.* flore purpureo albo & vario *Chab.* ſive Viola matronalis *Park, Thead.* & *Parad.* Heſperides flore purpureo albo & vario *J. B.* Viola matronalis purpurea *Ger.* matronalis vulgò *Herm. Cat.* Matronen-Violen/ Violen mit Purpur-Blumen. In hortis colitur. Aprili, Majo & Junio floret. *Uſu.* Herba, Semina. *Vires.* Tuſſi convulſis & difficulter ſpirantibus mederi tradit *Cluſ.* Urinas inſuper & ſudores propellere, incidere, abſtergere & digere *J. B.* Erucæ ut ſapore ita facultate proxima videtur, *Dod.*

## VI. De Alliaria.

*Seminibus oblongis teritiuſculis cum Heſperide convenit, floribus parvis, foliis ſubrotundis, odore Allii ab eadem differt.* R. Meth. A. p. 95.

A. Alliaria *Offic. Ger. C. B. J. B. Park.* Heſperis Allium redolens *H. Ox. El. Bot. Herm. Cat* Knoblauchs-Kraut. In ſepibus. Vere floret *Uſu.* Herba, *Vires.* Aperit, incidit, tenuium eſt partium. Interne urinam ciet, venenum expellit, tuſſim veterem ſanat, dolores colicos ſedat. Externe putredini reſiſtit, unde gangrænam ulceraque putrida atque maligna ſanat.

# VII. De Braſſica.

Pag. 266. pro 2da, 3tia, 4ta & 5ta Speciebus Braſſicæ, adde:

2. Braſſica capitata rubra *Offic. Ger. Park. parad.* C.B. J.B. Rother Kopff-Kohl. In hortis colitur. *Uſu.* Folia. *Vires.* Decoctum hujus ſaccharo tantillo temperatum, potum horis medicinalibus egregium eſt ad promovendum materiæ purulentæ in Empyema per urinas effluxum. *Etmullerus.*

3. Caulis rubra *Offic.* Braſſica rubra *Ger.* C. B. rubra vulgaris J. B. *Chab.* ſativa rubra, aperta levis H. Ox. Rother oder brauner Kohl. In hortis colitur. *Uſu.* Folia. *Vires.* Decoctum cum Saccharo ſumptum in Aſthma celebratur à *Riverio.*

4. Braſſica Sabauda *Offic. Ger. Park.* alba capite oblongo non penitus clauſa C.B. Italica tenerrima glomeroſa, flore albo J. B. *Chab.* Savoyen-Kohl. In hortis noſtris colitur in culinarum uſu.

5. Braſſica florida *Offic. Ger. Park.* cauliflora C. B. multiflora J. B. *Chab.* Caulis florida *Park. parad.* Bluhmen-Kohl / Käſe-Kohl. In hortis etiam colitur. Æſtate floret. *Uſu.* In culinis noſtris non raro invenitur.

## *VIII. De Turritidi.*

*Foliis imis hiſpidis, quæ caules veſtiunt glabris, glaucis: ſiliquis teretibus, erectis, cauli approximantibus & ferè parallelis ab aliis hujus generis diſtinguitur.* R. Meth. A. p. 95.

A. Turritis *Offic. Ger.* vulgatior J. B. *Chab. Park.* Lobelio *El. Bot.* Braſſica ſylveſtris hiſpida, non ramoſa *C. B.* ſylveſtris ſive Braſſicæ affinis Turritis dicta *P. Al.* ſylveſtris foliis integris per terram ſtratis, & in caulibus hiſpidis *H. Ox.* Leucoium flore albo, ſiliquis uno verſu diſpoſitis & reflexis *ejusd.* Thurm-Senff/ wilder Kohl mit ſcharffen Blättern. In aggeribus arenoſis. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Succus in ulcera oris à quibuſdam commendatur, Lumbricos necat.

## IX. *De Rapo.*

Pag. 266. lin. 28. pro 2da Specie Rapæ, adde:

2. A. Rapa ſylveſtris *Offic. C. B.* Rapum ſylveſtre *Ger. Herm. Cat. Chab.* ſylveſtre non bulboſum *Park.* ſylveſtre Matthioli *J. B.* Wilde Rüben. In arvis Æſtate floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Additur in medicamenta quibus ad detergendam cutem in facie, totoque corpore utimur. *Dioſc.*

## X. *De Napo.*

Pag. 267. poſt lin. 7. ſubjunge:

2. A. Napus ſylveſtris *Offic. C. B. J. B. Chab.* Napus Bunias Fuchſio *P. B.* Bunias ſyl-

ſylveſtris Lobelio *Ger. emac.* ſive Napus ſylveſtris *Park.* Rüben/Steck-Rüben. Inter ſegetes & in aggeribus foſſarum. Æſtate floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Cum priore viribus convenit, quibus acrior eſt.

Ex hujus ſemine tuſo & preſſo Oleum Rüb-Oehl noſtratibus dictum cum eruditiſſimo amico & vicino noſtro elici cenſemus.

3. Pſeudo bunium *Offic.* Napus ſylveſtris Cretica *C. B. Park.* Candiſche wilde Rüben. In Inſula Creta reperitur. *Uſu.* Herba. *Vires.* Tormina atque ſtranguriam laterumque dolores ſanat: ſtrumas diſcutit cum ſale & vino illita. *Dioſc.*

Utrum Napi dulcis an ſylveſtris ſemina in compoſitione Theriacæ Venetianæ uſurpari debeant, inter eruditos magna eſt controverſia. In Officinis noſtris prioris ſemina præſcribuntur, Græcis ſcil. ſecutis, nam *Dioſcorides* ſylveſtris alicujus ſpeciei non meminit: Et *Andromachus* ſenior qui dulcis ſemen Napi præſcribit: *Matthiolus* etiam *Epiſt. lib.* quinto ad *Balthaſerum* domeſtici Napi ſemen præſtantius contra venena quam ſylveſtrem affirmat. *Andromachus* filius enumerans ſimplicia medicamentum hoc ingredientia, ſylveſtrem ſpeciem commendat, quod ſemina ejus acriora ſint, proinde & efficaciora eſſe creduntur. Verum *Galenus lib. 1. de Antidotis* ab utroque diſſentit, & Pſeudo-bunii ſemina in Pharmaci illius compoſitione utenda præſcribit.

## *XI. De Synapi.*

Pag. 267. poſt lin. 26. adde:

2. A. Rapiſtrum *Offic. Chab.* arvorum *Ger Park.* flore luteo *C.B. J. B.* Sinapi arvenſe præcox, ſemine nigro *H. Ox.* Wilde Kohl/Triller/Hedderich. Inter ſegetes frequen reperitur. Æſtate floret. *Uſu.* Semen. *Vires* Reſiccantem autem ac extergentem, nonnihilque digerentem facultatem obtinet, urinam provocat. *J. B.*

## *XII. De Raphano.*

Pag. 268. pro 2da Specie Raphani, adde:

2. A. Armoracia *Offic. Schrod.* Raphanu ſylveſtris *Ger.* Rapiſtrum album articulatum *Park.* flore albo ſiliquâ articulatâ C B. flore albo *Mer. Pin.* flore albo Erucæ folii P. B. flore albo ſtriato, Sinapi album agreſti Trago J. B. flore albo ſtriato *Chab.* Raphaniſtrum flore albo ſtriato ſiliquâ articulatâ ſtriatâ minore *H. Ox.* Wild Merrettich/Heidenreich Inter ſegetes. Junio floret. *Uſu.* Radix. *Vires* Calfacit & ſiccat, mucilaginem tartaream incidit, attenuat, reſolvit, viſcera aperit, diuretica, lithontriptica & antiſcorbutica eſt *Schrod.*

XIII

## XIII. *De Eruca.*

Pag. 268. lin. 28. pro 2da Specie Erucæ ſubjunge:

2. **A.** Eruca ſylveſtris *Offic. Ger.* ſylveſtris vulgatior *Park.* ſylveſtris major lutea, caule aſpero *C. B.* ſylveſtris major vulgatior fœtens *H. Ox.* tenuifolia perennis flore luteo J. B. *Chab.* Wilde Raucke. In muris. Junio floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Urinam vehementius pellit & multo ſativa acrior eſt. *Dioſc.*

## *XIV. De Sinapiſtro.*

Pag. 269. pro 2da Specie Sinapiſtri, adde:

2. **A.** Barbarea *Offic. Ger.* J. B. *Chab.* flore ſimplici *Park.* Eruca lutea latifolia, ſive Barbarea C. B. latifolia lutea ſeu Barbarea major & minor *H. Ox.* Naſturtium hybernum quorundam *P. B.* Siſymbrium Erucæ folio, flore luteo *El. Bot.* Winterkreſſe / St. Barben-Kraut. In muris, aggeribus, & juxta rivulos. Majo & Junio floret. *Uſu.* Herba, Semen. *Vires.* Calida & acris eſt, urinam ciet, & cum Naſturtio viribus convenit; commendatur in Scorbuto, Succus in unguentis ſordida & impura ulcera ſiccat. Semen acre eſt, diureticum & lithontripticum.

## XV. De Eryſimo.

Pag. eadem pro prima Specie Eryſimi, adde:

1. A. Camelina *Offic. Ger.* ſive Myagrum alterum amarum *Park.* Myagrum ſiliquâ longâ *C. B.* Myagro affinis planta ſiliquis longis J. B. affinis planta ſiliquis longis & floribus parvis luteis *Chab.* Eryſimum Galeno & Theophraſto *R. H. p. 811.* Eruca ſylveſtris latifolia, folio integro, flore luteo minore *H. Ox.* Turritis Leucoii folio *El. Bot.* Theriacks Wurm-Saamen/ groſſe wilde Kreſſe. In locis putridis nonnunquam reperitur. Junio & Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Lumbricos necat & arcet, ventriculum roborat, venenum expellit, Paralyticos & Epilepticos juvat, ulcera oris ſanat.

## XVI. De Raphaniſtro.

Pag. 270. poſt lin. ult. pro 2da Specie Raphaniſtri, adde:

2. A. Raphanus aquaticus *Offic. Ger. Park* aquaticus foliis in profundas lacinias diviſis *C. B.* aquaticus Tabernamontani J. B aquaticus Tabernamontani flore luteo *Chab* Armoracia foliis laciniatis *Volck.* Siſymbrium aquaticum foliis in profundas lacinias diviſis ſiliquâ breviori *El. Bot.* Waſſer-Rettich. In foſſis paluſtribus. Junio & Julio floret. *Uſu* Herba. *Vires.* Cum priore à quibuſdam viribus convenire creditur.

De

# De Tetrapetalis ſiliculoſis ſeu capſulatis.

## XVIII. *De Myagro.*

*NOtæ ſunt capſulæ tumidiores, flores lutei, ſemina ſubrotunda.* R. Meth. A. p. 97.

A. Myagrum *Offic. Ger. Chab.* ſativum *C. B. Park.* dictum Camelina *J. B.* majus ſativum *H. Ox.* Seſamum Tragi & Officinarum *Volck.* Alyſſon ſegetum foliis auriculatis acutis *El. Bot. T. Inſt.* Lein oder Flachs-Dotter. Inter ſegetes Lini invenitur frequens. *Uſu.* Semen. *Vires.* Contuſum igne torrent, perunctiſque virgis ad lucernarum lumina utuntur. Hoc pingui, ſcabritias corporis lævigari, atque expoliri conſtat. *Dioſc.* Emplaſticam vim obtinet. *Galen.*

## XIX. *De Draba.*

NO*TÆ genericæ ſunt capſulæ tumidæ & ſubrotundæ, flores albi.* R. H. p. 821.

Draba *Offic.* Dioſcoridis *Ger.* vulgaris *Park.* umbellata, vel Draba major capitulis donata *C. B.* ſive Arabis *Chab.* multis flore albo *J. B.* ſiliculoſa repens major, foliis magis incanis ſpanoſpermis vulgaris H. Ox. Lepidium humile incanum arvenſe *El. Bot. T. Inſt.* Arabiſcher Senff / oder Türckiſche Kreſſe. In hortis colitur. Junio floret. *Uſu.* Herba, Semen. *Vires.* Cum Ptiſana coquitur herba in Cappado-

padocia maximè. Semen aridum pro Pipere obſoniis admiſcetur. *Dioſc.*

## *XXIV. De Thlaſpi.*

Pag. 273. prima & tertia Speciebus Thlaſpi adde:

1. ALyſſum *Offic.* incanum Serpylli folio minus *El. Bot. T. Inſt.* Thlaſpi Alyſſon dictum campeſtre minus *C. B.* Græcum *Ger.* arvenſe minus luteum *Park.* minus quibuſdam, aliis Alyſſon minus *J. B.* Klein Schildbeſem-Kraut. In glareoſis. Aprili & Majo floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Decoctum ſingultus ſine Febri potu diſcutit, cum melle trita vitia cutis in facie & lentigines emendat. Contuſa in edulio rabiei canis mederi putatur *Dioſc.*

Alyſſi nomine plurimæ donantur plantæ tum à veteribus tum à recentioribus. Deſcriptione *Dioſcoridis* plantam hic propoſitam Alyſſum eſſe exiſtimo, ut ex deſcriptione ſubnexa perſuaſus ſum, non ſpeciem illam Leucoii cui *Dodonæus* & *Lobelius* id nomen attribuunt.

Alyſſon *exiguus frutex eſt, unicaulis, ſubaſper, rotundis foliis: fructu duplicium ſcutorum effigie, in quo eſt ſemen latum. In montibus & aſperis locis emicat.*

Alyſſum *Galeni* in capite de Marrubio cujus ſpecies eſt, ſuperius exhibui. Alyſſon *Plinii* ab utroque differt, ut quod ad ſtellatarum tribum pertinet, & Mollugo appellamus, quantum ea deſcriptione ejus colligere licet.

A. 3.

A. 3. Thlaſpi *Chab.* minus *Offic.* vulgatiſſimum *Ger.* vulgatius *J. B.* Vaccariæ folio *Park.* arvenſe, Vaccariæ incano folio majus *C. B.* Breiter Bauren-Senff / Bauren-Kreſſe. In arvis inter ſegetes. Junio floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Cum præcedente viribus convenit.

## *XXV. De Burſa paſtoris.*

*Cujus notæ, capſulæ Burſæ ſeu trianguli iſoſcelis (ut loquitur* D. Tournefortius*) figurâ, ſapor fatuus.* R. Meth. A. p. 99.

Pag. 273. poſt lin. ult. adde:

## XXVI. *De Braſſica marina.*

*Foliis carnoſis cœſiis cum Braſſica convenit, floribus albis, capſulis ſubrotundis monoſpermis in acumen exeuntibus ab eadem differt.* R. Meth. A. p. 99.

A. Braſſica ſylveſtris *Offic.* maritima C. B. marina Anglica *Ger.* marina monoſpermos *Park.* monoſpermos Anglica *J. B. Chab.* maritima major repens, multiflora alba monoſpermos H. Ox. Crambe maritima, Braſſicæ folio *El. Bot. T. Inſt.* Engliſch-Kohl / See-Kohl. In arenoſis maris littoribus. Julio floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Vulnera illitu conglutinat, & inflammationes tumoresque diſcutit. *Dioſc.*

Tres Braſſicarum ſpecies à *Dioſcoride* memorantur, ſativa, ſylveſtris & marina. Quarum duæ à nobis jamjam editæ ſunt, nimirum Braſſica ſativa p. 297. & marina in capite

de Convolvulo p. 286. Braſſica ſylveſtris quid ſit reſtat ut inquiramus. Deſcriptio ejus apud *Dioſcoridem* adeò brevis eſt & ſuccincta, ut diſſenſionem aliquam inter Botanicos pepererit, varias plantas pro ea ſumentes, inter quas quam hîc exhibeo, *Dioſcoridianæ*, hirſutie excepta quam *Dioſcorides* plantæ à ſe traditæ attribuit, in noſtra autem deſideratur, notis omnibus convenit.

Pag. 274. lin. 10. ſubjunge:

## XXVIII. *De Ambroſia campeſtri.*

*Foliis & odore Naſturtii cum ea convenit, quamvis ſiliquis hiſpidis ſeu verrucoſis ab eodem differat. Siliquæ compreſſæ in duas cellulas dividuntur, quarum ſingulæ ſingula ſemina continent.* R. Meth. A. p. 98.

A. Ambroſia campeſtris *Offic.* campeſtris repens C. B. Coronopus Ruellii *Ger.* recta vel repens Ruellii *Park.* Ruellii ſeu Naſturtium verrucoſum J. B. Naſturtium verrucoſum *Chab.* verrucoſum capſulâ bivalvi aſperâ ſeu hirſutâ *H. Ox.* ſylveſtre capſulis criſtatis *El. Bot. T. Inſt.* ſupinum capſulis verrucoſis *R. Meth. A.* Naſturtio affinis monoſpermos capſulâ verrucosâ *P. Al.* Schweine Kreſſe / wilde Kreſſe. In uliginoſis. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum Naſturtio viribus ut facie convenire creditur.

De

# De Herbis flore tetrapetalo anomalis.

## *II. De Papavere.*

Pag. 277. pro 4. 5. & 7ma ſpeciebus Papaveris adde:

4. A. Argemone *Offic.* capitulo longiore glabro *H. Ox. Mor. Prælud. R. H. p. 856.* Papaver laciniato folio, capitulo longiore glabro *R. F. & Synop.* erraticum, capite longiſſimo glabro *El. Bot. T. Inſt.* Argemone dictum capitulo longiore glabro *Herm. Catal.* Langköpffichter Mohn/ Wilder Mohn. In aggeribus foſſarum. Junio floret. *Uſu.* Folia, Succus. *Vires.* Folia illitu inflammationes compeſcunt. Succus Argema & nubeculas expurgat. *Dioſc.*

Planta quam hîc pro Argemone exhibeo, proximè accedit, ſi non prorſus eadem ſit cum *Dioſcoridea*, cujus deſcriptionem ſubjungo. *Argemone in totum ſylveſtri Papaveri ſimilis eſt. Folia habet Anemones, diviſa: Florem puniceum, caput in cauliculo papaveris rhœadis, oblongius, & ſummis partibus latum: radicem rotundam: ſuccum croci colore, acrem dimittit.*

A. 5. Papaver corniculatum *Offic. Chab.* corniculatum luteum *C. B.* corniculatum luteum maritimum *J. B. Park.* cornutum flore luteo *Ger.* Glaucium flore luteo *El. Bot. T. Inſt.* Gehörnter Mohn mit gelben Bluhmen. In arenoſis maritimis. Junio floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Cum præcedentibus viribus convenit.

7. Glau-

7. Glaucium *Offic.* Argemone *Mexicana El. Bot. T. Inſt.* Papaver ſpinoſum *Ger. emac.* C. B. J.B. ſpinoſum campeſtre *Chab.* ſpinoſum Americanum *Park.* ſpinosum luteum, foliis venis albis notatis *H. Ox.* Chicallotl *Hern.* Stachlichter Mohn/ purgierende Diſtel. In hortis Botanicorum colitur. Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Succus Glaucium dictus. *Vires.* Ad oculorum medicamenta, utpote cum inter initia refrigeret. *Dioſc.*

Quin etiam Glaucium ſuccus eſt à *Dioſcoride* memoratus, verum è quanam planta emanat vel exprimitur, inter Botanicos controvertitur. Ego ad hanc plantam præ aliis cum *C. Bauhino* referendum puto, *Dioſcoridis* deſcriptione, quam hinc ſubjungo, ut ita opinor inductus. *Glaucium ſuccus eſt herbæ, quæ ad* Hierapolim Syriæ *naſcitur, foliis ferè corniculati Papaveris, pinguioribus tamen, in terram ſparſis, odoris tetri, guſtus amari: tota croceo ſucco madet. Folia in olla fictili, ſemifrigidis clibanis calfaciunt indigenæ, usque dum flacceſcant: deinde contuſis ſuccum exprimunt.*

## III. *De Onagra.*

*Notæ ſunt ſiliquæ flores antevertentes, quæ per maturitatem quadrifariam partitæ & dehiſcentes quatuor ſeminum ſeries oſtendunt. Flores ſummis ſiliquis inſident, & integri unà cum calicibus decidunt; ſiliquæ lanigeræ ſunt.* R. Synop. 181.

A. Onagra *Offic.* Chamænerion *Ger.* latifolium vulgare *El. Bot. T. Inſt.* flore Delphinii

*Park.*

*Park.* Lyſimachia Chamænerion dicta latifolia *C. B.* ſpecioſa, quibuſdam Onagra dicta *Chab.* ſpecioſa, quibusdam Onagra dicta ſiliquoſa J.B. Groſſe Weiderich-Rößlein / Milch-Kraut. In montibus. Julio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Feros mitigat, & cicures facit; illitu quoque maligna ulcera mulcet. *Dioſc.*

Onagra *frutex eſt, ait* Dioſcorides, *arboris ſpecie, admodum magnus; folia habens Amygdalæ ſimilia, ſed latiora & Lilii foliis magis accedentia: flores Roſarum ſpecie, magnos: radicem albam, longam, quæ ſiccata odorem vini reddit.*

## IV. De Tithymalo.

Pag. 277. lin. ult. ad vires Eſulæ majoris, adde:

ERadicibus, herbis & lacteo ſucco, unguentum efficaciſſimum adverſus ſcabiem capitis contagioſam confici poteſt; eſtque hoc ſingulare quoddam unguentum. *H. Ox.*

Pag. 278. ad vires Cataputiæ minoris, adde:

Grana 12. vel 14. tuſa vinoque pota totum corpus commovent; alvum purgant; pituitam & bilem ducunt; vomitiones potenter provocant; phlegma, choleram & melancholiam adducunt. *Trag.*

Pag. 279. lin. 8. ſubjunge:

6. Tithymalus characias *Offic.* characias Monſpelienſium *Ger. Park.* characias rubens peregrinus C.B. amygdaloides ſeu characias J. B. *Chab.* Eſula characias rubens *Rivin.* Wolffs-

Wolffs-Milch mit ſchmalen Mandel-Blättern. In Saxoſis Galliæ & Italiæ naſcitur. Martio floret. *Uſu.* Radix, folia, ſemina, & ſuccus. *Vires.* Radices, folia & ſemina acrem & urentem facultatem obtinent. Succus alvum purgat vehementius. *Dioſc.*

7. Tithymalus myrtites *Offic.* myrſinites ſive myrtites *Chab.* myrſinites J. B. *Park.* myrſinites latifolius C. B. *Ger.* Eſula foliis myrti *Rivin.* Myrten Wolffs-Milch. in Calabria & Sicilia provenit. Æſtate floret. *Uſu.* Radix, folia, ſemen, ſuccus. *Vires.* Conſimilem antedicto ſortiuntur facultatem. *Dioſc.*

A. 8. Tithymalus paralius *Offic. J. B. Ger. Chab.* paralius ſive maritimus *Park.* maritimus *C. B.* Eſula marina Linariæ folio *Rivin.* Meer-Wolffs-Milch. In arenoſis maritimis. Junio floret. *Uſu.* Tota planta. *Vires.* Similes ad uſus reconditur.

9. Tithymalus cypariſſias *Offic. C. B. Ger. J. B.* cypariſſias vulgaris *Park.* Eſula Officinarum *Volck.* Cypreſſen Wolffs-Milch. In hortis curioſorum nonnunquam reperitur. Æſtate floret. *Uſu.* Succus. *Vires.* Eædem cum ſuperioribus.

10. Tithymalus dendroides *Offic. J. B.* arboreus *Park.* myrtifolius arboreus *C. B.* myrſinites arboreſcens *Ger.* Eſula caule craſſo *Rivin.* Baum Wolffs-Milch. In montoſis Neapolitanis, &c. *Uſu.* Folia, ſemina, ſuccus. *Vires.* Ejuſdem effectus cum ſuperioribus habent. *Dioſc.*

11. Ti-

11. Tithymalus platyphyllos *Offic. Ger.* latifolius Hiſpanicus *C. B. Park.* Breit-blätterichte Wolffs-Milch. In Hiſpania reperitur. Æſtate floret. *Uſu.* Radix, ſuccus, folia. *Vires.* Reliqua genera, quæ ſupraſcribuntur, idem efficiunt. Piſces necat, tuſus & aquæ inſperſus. *Dioſc.*

12. Pityuſa *Offic.* Tithymalus foliis brevibus aculeatis *C. B.* cypariſſias vulgaris *Park.* quoad icon. Wolffs-Milch mit ſcharffgeſpitzten Blättern. In Italia provenit. *Uſu.* Radix. *Vires.* Purgat per ſedem.

A. 13. Peplus *Offic.* ſive Eſula rotunda *C. B. Ger. J. B. Chab.* Eſula rotunda ſive Peplus *Park.* folio rotundo *Rivin.* Tithymalus parvus annuus foliis ſubrotundis non crenatis Peplus dictus *R. Synop.* rotundis foliis non crenatis *Herm. Cat.* annuus erectus foliis non crenatis *H. Ox.* Wolffs-Milch mit runden Blättern. In hortis. Junio floret. *Uſu.* Herba, fructus. *Vires.* Bilis, ac pituita detrahitur in hydromelite poto. Obſoniis inſperſa conturbat alvum. *Dioſc.*

A. 14. Peplis *Offic. Ger. Park. J. B.* maritima folio obtuſo *C. B.* Tithymalus maritimus ſupinus annuus Peplis dictus *R. Synop.* maritimus purpuro-colore, procumbens, Peplis dictus *P. Al.* maritimus folio aurito obtuſo *El. Bot.* maritimus, folio obtuſo, aurito, rubro perinde ac caule *T. Inſt.* ſive Peplis maritima folio obtuſo *H. Ox.* Purpur-rothe See-Wolffs-Milch. In littoribus maris arenoſis. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Eaſdem cum reliquis habet.

15. Cha-

15. Chamæſyce *Offic. Ger. Park. C. B. J.B.* Dioſcoridis & Plinii *Chab.* Tithymalus exiguus procumbens Chamæſyce dictus *Herm. Cat.* minimus ruber rotundifolius procumbens *H. Ox.* exiguus glaber, Nummulariæ folio *El. Bot. T. Inſt.* Eſula minima Chamæſyce dicta *Volck.* Kleineſte Wolffs-Milch. In agris & vineis Italiæ, &c. reperitur. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Alvum reſolvit, Succus ſimili effectu prodeſt. Illitus contra Scorpionis ictus auxiliatur. *Dioſc.*

16. Apios *Offic.* J. B. vera *Ger.* ſive Iſchas *Chab.* ſive Tithymalus tuberoſus *Park.* Tithymalus tuberoſus pyriformi radice C. B. Wolffs-Milch mit rund-knollichter Wurtzel. In Creta Inſula. *Uſu.* Radix. *Vires.* Purgationes movet. *Dioſc.* NB. Tollunt humores & verrucas omnis generis.

17. Hippophaes & Hippophæſtum *Offic. Park.* Anguillaræ & Dodonæi ſive Spina purgatrix J. B. *Chab.* quibuſdam ἄκανθα καθαρτικὴ *i. e.* Spina purgatrix C. B. Rhamnus Catharticus Oleæ folio *ejuſd.* Tithymalus maritimus ſpinoſus *ejuſd.* ſpinoſus *Wheler. itin. p. 307.* maritimus Creticus ſpinoſus *Park.* Stech-Dornſtachlichte Wolffs-Milch. In Morea oritur. *Uſu.* Succus. *Vires.* Purgat per deorſum pituitoſos humores.

Ἱπποφαὲς à *Dioſcoride* ſic deſcribitur, *Frutex eſt denſus, ſurculoſus, foliis longis oleaginis proximis, anguſtioribus, mollioribus, inter quæ ſpinæ candicantes, ſiccæ, anguloſæ, floribus hederæ corymbos referentibus*

*race-*

*racematim cohærentibus, ſed minoribus mollibúſque & ex albido partim rubentibus: radice craſſa, molli, lactei ſucci plena, amara.* Ἱπποφαιστον autem ab eodem autore his verbis: *Id quod Hippophæſtum appellant, naſcitur eiſdem locis quibus Hippophaes, eſtque Spinæ fulloniæ genus, humilis herba, ſine cauliculo, ſine flore, &c.* unde clarè apparet unam & eandem ſpecie plantam eſſe, poſteriorem duntaxat juvenem antequam excauleſcat. Quænam autem planta ſit non levis eſt controverſia, nec facilè dirimenda. *Columna* Carduum ſtellatum eo nomine appellat, dubitat etiam annon *Rhamnus Salicis folio, &c. C. B.* ità denominari debeat. *C. Bauhinus* Hippophaes *Anguillarii* ab Hippophae *Dioſcoridis* ſeparat, priorem ad Rhamnum referendam cenſens, quàm rectè nollem determinare, nec tamen earum quamlibet genuinam eſſe exiſtimo, quia nullius radices lacteum ſuccum præbent. Scribit *Matthiolus Hieronymum Amatheum* Opitergenſem Medicum plantam ad ſe attuliſſe, Venetiis ad eum à *Joanne Baptiſta Zopiſſo* Papienſi Medico miſſam, quæ non modo notis omnibus *Dioſcoridis* Hippophæſtum referebat: ſed etiam viribus, ut ſe experimento comperiſſe teſtatus eſt. Quod *Matthiolum* de ea invenienda non prorſus deſperare fecit. *Parkinſonus* Tithymali ſpeciem eſſe opinatur, à quo cur diſſentiam rationem non video, atque idcirco non tantùm in eo capite collocavi, ſed & ſynonyma collegi & contuli.

M Pag.

Pap. 280. lin. 2. ſubjunge:

In Præludiis Botanicis viri ingenioſi D. *Caſpari Commelini* pag. 17. me reprehenſum invenio, quod in *C. de Euphorbio* tres ſpecie deſtinctas plantas pro unius & ejuſdem Synonymis poſuerim, nimirum Schadida Calli *H. M.* Euphorbium *Dod.* & Tithymalum Africanum ſpinoſum, &c. P. P. *Tab.* 231. *Fig.* 1. Ut ergo me vindicem, & reprehenſioni huic minimè obnoxium oſtendam, Primò obſervandum eſt, Euphorbium *Dodonæi* inter reliqua ſynonyma à me non recenſeri: nec enim in ea tum opinione fui, uti nec adhuc ſum, eam veram Euphorbii plantam eſſe; aliter enim non omiſiſſem reliqua *Dodonæana* plantæ ſynonyma, quæ apud utrumque *Baubinum*, *Gerardum*, *Parkinſonum*, alioſque habentur. Veruntamen minimè dubitans, quin nuperus eruditus vir & inſignis Botanicus *Paulus Hermannus*, qui diu in *India orientali* vixerat, & in multis ſimplicibus pharmacis inveniendis felix admodum fuerat, Euphorbii veri plantam probe perſpectam haberet, non admodum ſcrupuloſus fui, ſynonymum reliquis annumerare quod ille fidenter Euphorbio Officinarum artribuit, nulla interpoſita differentia inter Euphorbium Dodonæi *Lob.* & ſuum. Cur autem D. *Commelinus Hermanni* ſynonyma omitteret, quæ ego adhibui, Dodonæi afferet quod ego non dedi, capere nequeo, niſi ut communis Patriæ cauſa *Hermannum* non apertè ſed per latera mea feriret.

Quod

Quod ad D. *Plukenetii* nomen attinet dubitanter illud propoſui; undè quivis primo aſpectu facilé poſſet diſcernere; mihi de eo non ſatisfactum eſſe; *Plukenetium* duntaxat ſecutus ſum; qui annon Planta à ſe delineata cum *Hermanniano* Euphorbio eadem eſſet quæſivit.

## *VI. De Rutâ.*

Pag. 280. pro 2da Specie Rutæ, adde:

2 RUTA montana *Offic. Ger.* ſylveſtris major *C. B. Park. J. B.* ſylveſtris ſeu Ruta ſylveſtris major *Chab.* Wilde Raute. In montoſis. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum priori viribus convenire creditur, quâ acrior eſt.

## *VII. De Plantagine.*

Pag. 281. ad vires Plantaginis anguſtifoliæ, adde:

PUlvis foliorum ad ℥i data in Conſervo Roſarum rubratum ad tertianas valdè commendatur. *Boylem.*

Pag. ead. lin. 26. ſubjunge:

Hanc plantam pro Stella terræ *Act. Philoſoph. Londinen.* n. 187. p. 298. memorata ad Hydrophobiam canum curandam utile habeo; ob haſce rationes: 1. Quod Herba ipſa ſtellam magis refert quàm Seſamoides Salamanticum, quòd ibidem pro eâ accipitur. 2. Locis nonnullis, necnon à ſcriptoribus quibuſdam ità appellatur. 3. Plantagines in genere

omnes & in ſpecie hæc herba à medicis contra morſum canis rabidi commendatur.

4. Holoſtium *Offic.* vel Holeſtium *Chap.* Salmanticum *Ger. Park.* hirſutum albicans majus C. B. Plantagini ſimile J. B. Plantago mollis ſive Holoſtium hirſutum albicans majus *H. Ox.* montana Holoſtium dicta tomentoſa P. *Al.* anguſtifolia albida Dodonæi *El. Bot.* Spaniſche Wegerich/Wegebreit. In arenoſis. Aprili & Majo floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Vulneraria eſt planta. Uſus ejus præcipue ad rupta.

## IX. *De Coride.*

*Cujus notæ, flos monopetalos, perſonatus, poſterius tubulatus, anterius velut flabelliformis, fructus ferè globoſus, in multas partes dehiſcens, ſeminibus fœtus ſubrotundis, & in ipſo calice reconditus.* R. Meth. A. p. 90.

Symphytum petræum *Offic.* petræum foliis Thymi *C.* B. Coris cœrulea maritima *ejuſd.* cœrulea Monſpeliaca *Ger.* Monſpelienſium Park. Monſpeſſulana purpurea J. B. *Chab.* Stein-Günſel. Stein-Wallwurtz. In maritimis. Majo floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Siccat, aſtringit, conglutinat. Vulneraria eſt planta.

Symphyti petræi nomine permultæ donantur plantæ, *viz.* Prunella, Sanicula, Virga aurea, Coris Monſpeſſulana, Hyſſopum vulgare, Polium vulgare montanum, Trachelii & Conſolidæ ſpecies aliquæ, &c. A *Dio-*

*ſcoride*

*ſcoride* autem ſic deſcribitur. *Ramulos habet Origano ſimiles, capitulis & foliis veluti Thymus: totum verò lignoſum odoratum & guſtu dulce eſt, ſalivamque ciens. Radice nititur longâ, ſubfulvâ; digitali, craſſitudine.*

Prædicta deſcriptione diligenter perpenſa, Autores illos rectè ſentire mihimet perſuadere non poſſum, qui ſtirpem illam vel cum *Thalio* Caryophyllum ſaxatilem eſſe volunt, vel cum *Lobelio* Prunellæ ſpeciem, vel cum *Tabernamontano* Virgæ aureæ.

---

# SECTIO XIX.

## De Herbis flore papilionaceo ſeu Leguminoſis.

## De Leguminoſis ſcandentibus.

### I. *De Phaſeolo.*

Pag. 285. pro 2da Specie Phaſeoli adde:

2. PHaſeolus *Offic.* vulgaris Italicus humilis, ſeu minor albus cum orbita nigricante *J. B.* erectus *Park.* peregrinus fructu minore albo *Ger. emac.* minor, fructu albo, umbilico maculâ nigrâ notato, vel fructu renali parvo albo, umbilico circa hilum maculâ nigrâ inſignito *H. Ox.* minor ſiliquâ ſurſum rigente, *El. Bot.* minor ſiliquâ ſurſum rigente, fructu albo *T.*

*Inſt.* Smilax ſiliquâ ſurſum rigente, vel Phaſeolus parvus Italicus *C.B.* Kleine Italiäniſche Bohne. Türckiſche oder Franſche Bohnen. In hortis ſeritur. Julio floret. *Uſus* Siliqua. *Vires.* Virides cibo alvum emolliunt, ad vomitiones idonei. *Dioſc.*

Hanc *Dioſcoridis* Phaſeolum eſſe cum *Matthiolo* concludo.

3. Soia *Offic.* Phaſeolus Japonicus ex quo Japonenſium Soia, qui intinctûs ſpecies eſt, conficitur *Herm.* Species Phaſeoli parvi albi, è Japonia allata, è qua conficiunt condimentum *Ketchup* dictum, duum generum, liquidum nimirum & ſolidum.

Hujus notitiam debemus Botanico erudito D. *Paulo Hermanno* nuper defuncto, qui eam doctiſſimo amico noſtro D. *Gulielmo Sherrard*, LL.D. communicavit, ſub titulo ſupraſcripto, unde nos habuimus.

## II. De Abro.

*Foliis alatis à Phaſeolo differt.*

1. ABrus *Offic. Alp. Ægypt.* Aracus Indicus ſive Africanus *Park.* Phaſeolus glycyrrhizites folio alato, Piſo coccineo, atrâ maculâ notato *Cat. Jamaic.* alatus major, fructu coccineo, maculâ nigrâ notato *Comel. in not.* Indicus ruber Bontio *R. H.* ſecundus ruber, qui Abrus Proſpero Alpino dicitur *Bont.* ruber Abrus vocatus *Alp.* Indicus minor ſemine coccineo, nigrâ maculâ notato *H. Ox.* arboreſcens alatus & volubilis major Orientalis

lis fructu coccineo hilo nigro notato *P.P.T.* 214. *f.* 5. Piſum Indicum minus coccineum *C.B.* Americanum coccineum aliis Abrus *J. B.* Americanum coccineum vel nigrum Abrus quibuſdam *Chab.* Glycyrrhiza Indica vulgò, *Herm. Cat.* Indica ſiliquis & ſeminibus Piſi coccineis, hilo nigro notatis *P.B.P.* Konni *H. M. T.* 8. Indianiſche rothe Erbſen. Ex utraque India ad nos adfertur. *Uſu.* Semina. In Officinis noſtris duæ ejus Species habentur, una magnitudine Piſi majoris ex cinereo nigricantis; altera Vicia vulgari paulò major; ambæ coloris ſunt coccinei, hilo nigro. *Vires.* Hæ valde commendantur adverſus ophthalmiam ſeu inflammationem oculorum, ad fluxus humorum à capite exſiccandos, ad nervos opticos roborandos, ſpiritus animales recreandos, cerebri caliginoſos vapores diſcutiendos, & viſum acuendum. Minores in frequenti nunc dierum uſu ſunt ad peritrachelia pro pueris.

Pag. 285, lin. ult. ſubjunge:

## IV. De Lathyro.

*NOtæ, Caules membranulis ſecundum longitudinem extantibus aucti, compreſſi & anguloſi; folia ex unica tantum pinnarum mediæ coſtæ nexarum conjugatione compoſita; ſiliquis brevioribus, latioribus, duabus averſa parte membranulis, ſecundum longitudinem excurrentibus alatis, ſeminibus anguloſis.* R. Meth. A. p. 103.

A. Lathyrus *Offic.* latifolius *C. B.* Narbonenſis *Rivin.* major latifolius *Ger. emac.* major perennis *Park.* major latifolia flore majore purpureo ſpecioſior *J. B.* major latifolia, flore majore purpureo ſpecioſor Narbonenſis *Chab.* Clymenum Dioſcoridis quibuſdam. Rothe Wicken. In ſylvis & dumetis. Æſtate floret. *Uſu.* Succus ex toto cum radice exprimitur. *Vires.* Ad Sanguinis rejectiones, in potu efficax eſt: cœliacos, rubraque fœminarum profluvia, refrigerando infrænat: Sanguinem naribus erumpentem ſupprimit. Folia & ſiliquæ recentibus trita vulneribus impoſita ea ad cicatricem perducunt. *Dioſcorides.*

## *V. De Aphaca.*

F*Oliis integris triangulis, ex adverſo binis, & capreolis è foliorum alis exeuntibus à Piſo & Lathyro plurimum differt.* R. Meth. A. p. 103.

A. Aphaca *Offic. Ger. Park. El. Bot.* Lathyrus luteus annuus foliis Convolvuli minoris *H. Ox.* Vicia lutea foliis Convolvuli minoris *C. B.* quæ Pitine Anguillaræ, latâ ſiliquâ flore luteo *J. B. Chab.* Gelbe Wicken. Inter ſegetes. Junio florent. *Uſu.* Semina. *Vires.* Aſtringendi vim habent: quare torrefacta ſtomachi alvique fluxiones ſiſtunt. *Dioſc.*

## *VI.* *De Vicia.*

Pag. 286. lin. 8. ſubjunge:

MEdiocria, nigricantia, parum compreſſa. *Vires.* Excalfaciunt & ſiccant, mundant, abſtergunt & aſtringunt. Cum Aphaca viribus non differt herba. *Matth.*

A. 2. Aracus, & Vicia ſylveſtris *Offic.* ſive Cracca major *Park.* Vicia ſylveſtris *Offic.* ſive Cracca major *Ger.* ſemine rotundo nigro *C. B.* ſepium folio rotundiore acuto *ejuſd. item,* vulgaris acutiore folio, ſemine parvo nigro *ejuſd.* vulgaris ſylveſtris ſemine parvo & nigro frugum *J. B.* vulgaris ſylveſtris frugum: ſemine parvo & nigro, Cracca quibuſdam *Chab.* ſylveſtris ſemine nigro & variegato, folio acutiore *H. Ox.* Wilde Wicken. In ſepibus & aggeribus, itemque inter ſegetes. Vere floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenire creditur.

Pag. eadem. lin. 15. ſubjunge:

Compreſſa, flavicantia. *Vires.* Oculorum aciem obtundit, ægre concoquitur, ſtomacho incommoda eſt eumque & inteſtina inflat, alvum ſiſtit, ad nervoſa & pulmonem, & caput incommoda eſt. *Dioſc.*

# De Herbis flore papilionaceo no ſcandentibus ſiliquis ſimplici- bus erectis.

## VIII. De Lupino.

Pag. 287. pro 2da Specie Lupini adde:

2. Lupinus ſylveſtris *Offic.* ſylveſtris flo coeruleo *C. B.* flore coeruleo *Ger.* co ruleus minor *Park.* ſylveſtris, purpureo fl re, ſemine rotundo vario *J. B. Chab.* ſylv ſtris anguſtifolius *H. Ox.* Wilde Bohne Feig Bohnen. In hortis apud nos ſeritu Julio floret. *Uſu.* Semina, compreſſa, vari gata, rotunda, plana. *Vires.* Cum prio viribus convenit.

Pag. 288. poſt. lin. 21. inſere:

## XII. De Onobrychide.

*Notæ ſunt, flores ſpicati ſpicis denſis longiſſim pediculis è foliorum ſinubus egreſſis, inſident bus; ſiliquæ echinatæ ſive aculeatæ, monoſpermæ* R Meth A. p. 150.

A. Onobrychis *Offic.* vulgaris *Park.* foliis Vi ciæ fructu echinato major *C. B.* major ſili culis echinatis criſtatis in ſpicâ digeſtis *H Ox.* ſive Caput Gallinaceum *Ger.* Polygalor Geſneri *J. B.* Geſneri, Onobrychis quibuſ dam *Chab.* Hahnen-Kopff. Hahnen-Kämp ten. In cretaceis & in pratis. Junio & Ju- lio

lio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Suapte vi, ſi trita illinatur, tubercula diſſipat: cum vino pota ſtrangurias ſanat: illita ex oleo ſudores movet. *Dioſc.*

Quamvis planta quam hic pro *Dioſcoridis* Onobrychide cum *Cluſio, Thalio, &c.* exhibeo, *Geſnero* Glaux dicatur, *Lobelio* Caput Gallinaceum, *Cæſalpino* Lupinus, *Dodonæo* Vicia, *Lugdanenſi* Polygala, deſcriptio tamen ejus à *Dioſcoride* tradita his verbis: *Folia habet Lentis fere longiora, caulem dodrantalem, florem puniceum, radicem parvam*: & à Plinio, *Folia lentis paulo longiora; florem rubentem; radicem exiguam & gracilem*: quamvis utraque brevis ſit, melius tamen convenit huic plantæ, quam Campanulæ arvenſi ad quam eam refert *C. Bauhinus* in Pinace p. 215. Verum non ſatis conſtat quæ herba ſit: quidam enim Rutæ ſylveſtri, alius Galegæ, alius Hedyſaro, alii aliis plantis Onobrychidis tribuunt nomen. Et præterea Onobrychidem & Onopordon unam herbam eſſe putat *Cornarius.*

# De Herbis flore papilionaceo, non ſcandentibus ſiliquis propendentibus.

Pag. 289. lin. 4. ſubjunge:

## XV. *De Orobo.*

*Cujus notæ, folia è pluribus pinnarum mediæ coſtæ in caudam quandam procurrenti adnexarum,*

*rum, conjugationibus compoſita; ſiliquæ tenues & teretiuſculæ; ſemina ferè ovata.* R. Meth. A. p. 140.

A. Aſtragalus ſylvaticus *Offic. Ger.* ſylvaticus foliis oblongis glabris *C. B.* Aſtragaloides ſive Aſtragalus ſylvaticus *Chab.* ſive Aſtragalo magno Fuchſii vel Chamæbalano leguminoſæ affinis planta *J. B.* Orobus ſylvaticus noſtras, ſiliquis propendentibus, tuberoſa radice *H. Ox.* ſylvaticus foliis oblongis glabris *El. Bot.* Lathyrus ſylveſtris lignoſior *Park.* Wilde Züſer-Erbſen. Heide-Erbſen. In ſylvoſis & dumetis. Aprili floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Hujus tuberibus utuntur Scoti montani ad eoſdem affectus quibus Glycyrrhiza convenit; ad quam ſapore accedunt. *R. Synop.*

## XVI. De Securidaca.

*Cujus notæ, Flores velut umbellatim diſpoſiti in ſummo pediculo; ſiliqua longa, anguſta recta, compreſſa, orâ utrinque elatâ & internodiis quadratis compoſita, quorum unumquodque ſemen etiam quadratum includit.* R. Meth. A. p. 105.

Securidaca *Offic. Chab. Rivin.* lutea major *C. B.* flore luteo ſiliquâ latâ oblongâ *J. B.* vera plurimis floſculis luteis corymbi modo diſpoſitis, ſiliquis latis compreſſis inter granum & granum junctis, ſeminibus quadratis *H. Ox.* Hedyſarum majus *Ger.* majus ſive Securidaca major vera. Vogel Wicken. Inter ſegetes calidarum regionum reperitur, apud

apud nos in hortis colitur. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Stomacho utile in potu. Additur in antidota. Ante coitum ſubditum, concipiendi ſpem adimit. *Dioſc.*

Securidaca à *Dioſcoride* ſic diſcribitur: *Frutex eſt foliis ciceris: ſemen ruffum in ſiliquis fert, corniculorum modo aduncis, quod ancipitem ſecurim æmulatur: amarum guſtu. Naſcitur in ſegetibus & hordeis.* Nullius plantæ ſemen ſcribit *Cluſius* aptius veterum Securim refert quam hujus, cujus opinioni ſubſcribo.

## XVII. *De Anthyllide Leguminoſa.*

N*Otæ, ſiliculæ calicibus in veſiculas membranaceas intumeſcentibus occultatæ.* R. Meth. A. p. 105.

A. 1. Anthyllis leguminoſa *Offic. Ger.* leguminoſa vulgaris *Park.* leguminoſa, Loto affinis, Vulneraria pratenſis *H.Ox.* Loto affinis. Vulneraria pratenſis *C. B.* Vulneraria ruſtica J. B. ruſtica Anthyllis magna, Anthyllis leguminoſa *Chab.* Gelber Haſen-Klee. Wund-Kraut. In paſcuis cretaceis. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Herba eſt Traumatica.

2. Anthyllis prior *Offic.* leguminoſa marina, Bætica vel Cretica ſive Auricula muris Camerarii *Park.* falcata Cretica *ejuſd.* Loto affinis ſiliquis hirſutis circinatis *C. B.* affinis ſiliquis hirſutis circinatis *C. Bauhini. H. Ox.* affinis Anthyllis falcata Cretica Parkinſono *ejuſd.* Trifolium falcatum *Alp. exot.* Auricula muris

muris Camerarii J. B. *Chab.* Medicago Cretica Vulnerariæ facie *El. Bot.* Vulnerariæ facie Hiſpanica *ejuſd.* Gekrümter Klee. Meer Anthyllis. In Creta, Sicilia, &c. ad mari littus. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires* Urinæ difficultati renibuſque plurimum prodeſt, vulvæ pituitas emollit, cum roſacec & lacte impoſita vulneribus medetur. *Dioſc.*

## De Herbis flore papilionaceo non ſcandentibus, quarum ſiliquæ per maturitatem articulatim rumpuntur.

### *XVIII. De Indico ſive Indigo.*

Pag. 290. lin. ult. adde:

A*Stragalus parvus eſt à terra frutex, foliis & ramis Ciceri ſimilis: flore purpureo, parvo; radice rotunda, Raphani modo grandi, quæ adnata appendices firmas habet, nigras, præduras; velut cornua inter ſe implicatas, guſtu adſtringentes. Naſcitur in ventoſis, opacis & in nivalibus.*

2. Polygala vera *Offic.* major Maſſiliotica *C. B.* Valentina marina *Park.* Colutea caule Geniſtæ fungoſo *J. B.* *Chab.* Aſtragalus Matthioli *Ger. emac.* Coronilla caule Geniſtæ fungoſa *El. Bot.* Milch-Kraut. In hortis colitur. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Pota lactis abundantiam facit. *Dioſc.*

Polygala Græcis tam vulgaris erat planta & probè cognita, ut *Dioſcorides* brevem admo-

modum ejus deſcriptionem dederit, unde inter Botanicos multæ de eo exortæ ſunt controverſiæ, quorum ſententias hîc non recenſebo. Quam hic exhibeo verum & genuinum *Dioſcoridis* Polygala eſſe videtur; quoniam ut *Matthiolus* rectè obſervat, cum deſcriptione iſtius plantæ convenit, *Cacleolarius*, à quo eam accepit, lac nutricibus augere ſe ſæpius expertum eſſe illum certiorem fecit, quæ hujus plantæ propria facultas eſt.

## *XIX. De Ornithopodio.*

*Siliquis articulatis recurvis, duabus tribuſve ſimul naſcentibus, & aviculæ pedes referentibus ab aliis differt.* R. Meth. A. p. 106.

A, 1. Ornithopodium *Offic.* radice nodoſa *Park.* majus & minus *ejuſd.* majus & minus *Ger.* tuberculis nodoſa *C. B.* majus & minus *ejuſd.* tuberoſum Dalechampii *J. B.* flore flaveſcente *ejuſd.* tuberoſum Dalechampii flore ex albo rubeſcente *Chab.* Avis pes *ejuſd.* Vogel-Pfote. Vogel-Fuß. In arenoſis & glareoſis. Æſtate. *Uſu.* Herba. *Vires* floret Calculos renum, ac veſicæ frangit & expellit. Herniæ auxiliatur.

2. Scorpioides *Offic.* *Rivin.* Matthioli *Ger.* Matthioli ſive Portulacæ folio *Park.* Portulacæ folio, corniculis longioribus tenuioribus ac articulatis *H. Ox.* pinguifolium triphyllon corniculis articulatis intortis *P. Al.* Portulacæ folio *C. B.* Telephium Dioſcoridis ſeu Scorpioides ob ſiliquarum ſimilitudinem *ejuſd.*

*jaſd.* Telephium Scorpioides J. B. *Chab.* Ornithopodium Portulacæ folio *El. Bot. T. Inſt.* Scorpion-oder Raupen-Kraut. In hortis noſtris colitur. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Excalfacit & ſiccat *Galen.* Illita Scorpionum ictibus præſentaneo eſt auxilio. *Dioſc.*

## Herbæ flore Papilionaceo, ſiliquis geminatis, duplicem ſeminum ſeriem continentibus.

### *XX. De Tragacantha.*

Pag. 201. lin. 20. ſubjunge:

2. POterium *Offic.* Spina hirci minor *Ger.* Tragacantha altera ſeu minor, Poterion fortè Dioſcoridis *Park.* altera Poterium fortè Cluſio *J. B. Chab.* Granatenſis foliis incanis deciduis flore albo *H. Ox.* Tragacanthæ affinis lanuginoſa ſive Poterium. *C. B.* Schmall Bocks-Dorn. Granatenſi regno naſcitur. Æſtate floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Tuſæ præciſis nervis & vulneribus glutinandis illinuntur. Decoctum quoque ejus nervorum affectibus prodeſt. *Dioſc.*

### *XXI. De Aſtragalo.*

A *Tragacantha, qua cum ſiliquâ duplici intus alveolo ſecundùm longitudinem diviſâ convenit, coſtâ mediâ cui foliola annectuntur in folium deſinente differt. Adde ſemina Seſamacea dicta, quòd oſſicula ſeſamoidea referant.* R. Meth. A. p. 106.

1. Aſtragalus *Offic.* Dioſcoridis quibuſdam *J. B. Chab.* Dioſcoridis vulgò Chriſtianæ radix *Rauwolf.* An Aſtragalus Syriacus *Ger. Park.* J. B. *Chab.* Syriacus hirſutus C. B. argenteus *Wheel. Itin.* Dioſcoridis Milchwicke / Erdmoren. In Syria creſcit. Æſtate floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Alvum ſiſtit in vino pota, urinam movet: vetuſtis ulceribus ſicca efficaciter inſpergitur: Sanguinem ſupprimit. *Dioſc.*

Adeò brevis eſt & imperfecta quam tradit *Dioſcoridis* Aſtragali deſcriptio, ut quam plantam intelligat ad hunc uſque diem dubium maneat; nonnullis uni, aliis alteri generi id nomen attribuentibus. Quicquid alii opinentur, ego ad plantam hanc *Rauwolfianam* potiùs quam ad aliam quamlibet referendam cenſeo, & ut Lector judicet, *Dioſcoridis* deſcriptionem ſubjungo:

*Aſtragalus parvus eſt à terra frutex, foliis & ramis Ciceri ſimilis: flore purpureo, parvo; radice rotunda, Raphani modo grandi, quæ adnatas appendices firmas habet, nigras, præduras, veluti cornua inter ſe implicatas, guſtu adſtringentes. Naſcitur in ventoſis, opacis & in nivalibus.*

2. Radix dulcis *Offic.* Glycyrrhiza echinata *Park.* echinata Dioſcoridis *Ger.* capite echinato C. B. echinata Dioſcoridis non repens J. B. ſpuria echinata *Volck.* Scythica, Glycyrrhiza, Liquiritia *Chab.* Pſeudo-glycyrrhiza *Rivin.* Onobrychis flore cœruleo, ſiliculis hirſutis ſeu aſperis, ad imum Platani pilulæ modo junctis H. Ox. Stachlichte Leckritze/ falſch Süß-

Holtz. In hortis colitur. Æſtate floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum Glycyrrhiza viribus convenit. Pulvis pterygiis commodiſſimè inſpergitur. *Dioſc.*

Hæc eſt *Dioſcoridis* Glycyrrhiza, cujus loco ſiliquoſæ ſpecies in *Officinis* noſtris uſurpatur.

A. 3. Glaux *Offic.* Dioſcoridis *Ger.* Hiſpanica *J. B. Chab. Rivin.* Hiſpanica Cluſii *Park.* montana purpurea noſtras *R. H.* & *Synop.* Aſtragalus montanus purpureus Anglicus *T. Inſt.* ſupinus ſiliquis villoſis glomeratis *El.Bot.* Hiſpanicus ſiliquâ epiglottidi ſimili flore purpureo major Tornefortii *Herm. Cat.* Ciceri ſylveſtri minori affinis ſi non idem *C. B.* Dioſcoridis Milch-Wurtz/ Fœnum græcum, Mutter-Kraut. In montoſis & campeſtribus cretaceis. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Coquitur cum hordeacea ad renovandum extincti lactis ubertatem. *Dioſc.*

Glaux *Dioſcoridis* quænam planta ſit à Botanicis etiam controvertitur; *Anguillarius, Parkinſonus* & *Alpinus* Lotum eſſe volunt. *Geſnerus* (ut antea dixi) Onobrychidem, *Turnerus* plantam ſequentem; *Dodonæus, Cordus* & *C. Bauhinus* Plantæ marinæ cujuſdam parvæ ſpeciem; *Lobelius, Gerardus* & *Cluſius* ſtirpem quam hic exhibeo. A *Dioſcoride* ſic deſcribitur: *Glaux Cytiſo, aut lenticulæ foliis ſimilis, quæ supernè virent averſaq; candidiora ſpectantur: ramuli à terra exiliunt quini ſenive tenues ab radice: dodrantem alti: flores violæ albæ, purpurei exeunt, minores tamen.*

A. 4.

A. 4. Glaux vulgaris *Offic.* vulgaris leguminoſa ſeu Glycyrrhiza ſylveſtris *Park.* Glycyrrhiza ſylveſtris floribus luteo-palleſcentibus C. B. ſylveſtris quorundam, Fœnum Græcum ſylveſtre aliis *Chab.* Aſtragalus luteus perennis procumbens vulgaris ſeu ſylveſtris *H. Ox. El. Bot.* Aſtragalus Glaux leguminoſa dictus *Volck.* Fœnum Græcum ſylveſtre, ſeu Glycyrrhiza ſylveſtris quibuſdam *J. B.* Hedyſarum Glycyrrhizatum *Ger.* Leckritzen Wicke/ wild Fœnum græcum. In dumetis & agrorum marginibus. Julio floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Cum præcedente viribus convenit.

5. Cicer ſylveſtre *Offic. Ger.* ſylveſtre majus *Park.* ſylveſtre foliis oblongis hiſpidis majus C. B. ſylveſtre multiflorum *J. B.* ſylveſtre multiflorum, radice craſſa, & folliculis brevibus ventricoſis hirſutis *Chab.* Aſtragalus luteus perennis ſiliquâ gemellâ rotundâ, veſicam referente *H Ox. El. Bot.* Glaux altera perennis, folliculis turgidis *R. H p* 935. Wilde Kichern / wilde Ziſer-Erbſen. In agris & incultis Italiæ, &c. ſponte naſcitur. Æſtate floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Calfacit & ſiccat, abſtergit, aperit, cum Cicere viribus convenit.

## Herbæ flore Papilionaceo non ſcandentes trifoliæ.

## XXII. *De Trifolio.*

Pap. 291. poſt lin. ult. pro prima Specie Trifolii, adde:

1. TRifolium bituminoſum *Offic. Ger. Rivin.*

*vin.* bitumen redolens C. B. bituminoſum ſeu Trifolium cœruleum, aut violaceum bitumen redolens *H. Ox.* Aſphaltites ſive bituminoſum *Park.* Aſphaltites ſive bituminoſum odoratum & non odoratum *J. B.* Aſphaltites ſive bituminoſum, Oxitryphyllum & Menianthes dictum *Chab.* Stinckender Klee. In hortis colitur. Auguſto floret. *Uſu.* Radix, Folia, Semen. *Vires.* Semen & folia in aqua pota Pleuriticis, urinæ difficultati, Comitialibus, Hydropibus, fœmininiſque affectibus auxiliantur, menſes cient. Serpentium ictus ſanant. Radix Alexipharmaca eſt *Dioſc.*

A. 2. Trifolium purpureum *Offic.* Phæum fuſcum luxurians quaternis, quinis & ſeni foliis *H. Ox.* Trifoliis affine Quadrifolium phæum Lobelii *J. B. Chab.* Lotus quadrifolia *Ger.* Quadrifolium hortenſe album *C. B.* fuſcum *Park.* Purpur-Wurtz/ Purpur-Graß/ vierblätterichter Klee. In pratis reperitur, undè in hortis ſummo ſtudio colitur. Æſtate floret *Uſu.* Herba. *Vires.* Succus humores pituitoſos ex inteſtinis expellit. Oris & gutturi ulcera ſanat, morbillos & variolas arcet: pro præſentaneo remedio purpureæ puerorum febris æſtimatur.

## XXIII. De Meliloto.

Pag. 293. pro 3tia Specie Meliloti adde:

3. MElilotus verus *Offic.* Italica *Park.* Italica ſive Patavina *Ger.* Italica folliculis rotun-

tundis *C. B.* magno ſemine rotundo, rugoſo *J. B.* magno ſemine rotundo, rugoſo, folliculis melini Meliloti vulgaris *Chab.* lutea, ſeminis pericarpio magno rugoſo, rotundo, albo *H. Ox.* Italiäniſche Melilote, Stein-Klee. In Italia naſcitur, apud nos tantùm in hortis ſeritur. Julio floret. *Uſu.* Herba, flores. *Vires.* Cum Meliloto vulgari viribus convenit.

Pag. 293. lin. ult. ſubjunge:

## XXVI. *De Medica.*

*Siliquâ in cochleæ formam contorta ab aliis Trifoliis diſtinguitur.* R. Meth. A. p. 108.

Medica *Offic. Chab.* ſativa, ſiliquâ contortâ magis tortili *H. Ox.* major erectior, floribus purpuraſcentibus *J. B.* Falcata ſativa floribus purpuraſcentibus *Volck.* Trifolium Burgundicum *Ger.* ſiliqua cornutâ ſive Medica *C. B.* Fœnum Burgundiacum vulgò *Herm. Cat.* Burgundiacum ſive Medica legitima *Park.* Medick-Heu/ Burgundiſch Heu / gehörnter Klee. Seritur in agris. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Viride, quibus refrigeratione opus eſt, illitu ſuffragatur. *Dioſc.*

## XXVII. *De Loto.*

*A Reliquis leguminibus trifoliatis diſtinguitur, quòd præter folia terna in extremo pediculo, bina habeat ad ejus exortum cauli adnata, ut quodammodo pentaphyllos dici poſſit.* R. Meth.

Trifolium Hæmorrhoidale *Offic.* rectum al-

bum hirſutum valdè *J. B. Chab.* Lotus hæmorrhoidalis major ſive Trifolium hæmorrhoidale majus *Park.* pentaphyllos ſiliquoſus villoſus *C. B.* incana ſive Oxytriphyllum Scribonii Largi *Ger.* Πολυκέρατος fruteſcens incana alba, ſiliquis curtis craſſioribus & breviribus erectis H. Ox. Gülden-Ader-Klee/ Tacken Klee. In Sicilia, Gallia, &c. ſponte reperitur Æſtate floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* In hæmorrhoidibus commendat *Riverius.*

---

# SECTIO XX.

## De Herbis Pentapetalis vaſculiferis.

### *Herbæ pentapetalæ foliis in caule ex adverſo binis.*

### *I. De Caryophyllo.*

Pag. 298. lin. 13. ſubjunge;

2. CAryophyllus flore ſimplici *Offic.* hortenſis ſimplex flore majore *C. B.* ſimplex major *Ger.* Betonica coronaria ſive Caryophyllus flore ſimplici ſativus J. B. Einfache Garten-Nägelein/ Garten Nelcken. In hortis à ſatione ſeminis oritur. Julio floret. *Uſu.* Flos. *Vires.* Cum priore viribus convenit ſed mitior æſtimatur.

3. Caryophyllus ſylveſtris *Offic.* ſylveſtris vulgaris latifolius *C. B.* Betonica coronaria ſive Caryophyllus ſylveſtris vulgatiſſimus J. B.

J. B. coronaria vulgatiſſima *Chab*. Armeria alba *Ger*. an Armerius latifolius flore rubro ſaturo holoſerico *Park. parad*. Wilde Nägelein. In paſcuis & incultis. Julio floret. *Uſu*. Succus. *Vires*. Cum aqua Ononidis & florum Lilii convallium calculum atterit & comitialibus prodeſt *J. B.*

4. Caryophyllus barbatus *Offic*. hortenſis barbatus latifolius C. B. barbatus hortenſis ſimplex latifolius *H. Ox*. Betonica coronaria latifolia petræa flore punctulis albis notato J. B. Armeria rubra latifolia *Ger*. Armerius latifolius ſimplex, flore rubro *Park. parad*. Süſſe Wilhelms-Feld-Nägelein / bärtigte Donner-Nägelein. In hortis colitur. Julio floret. *Uſu*. Hujus uſum introduximus Montbelgardi ad panni *ſc*. lanei maculas tollendas, ſi (cujuscunque generis is fuerit) hujus herba fricetur, deinde limpida aqua abluatur J. B.

## II. De Lychnide.

Pag. 299. lin. 18. ſubjunge:

3. Lychnis Coronaria *Offic. Chab*. coronaria vulgo J. B. coronaria Dioſcoridis ſativa C. B. coronaria vulgaris *Park*. coronaria rubra *Ger*. coronaria ſativa flore rubro H. Ox. Roſen-Lychniß / Spiel-Spelten. In hortis colitur. Junio floret. *Uſu*. Semen. *Vires*. Bilem per alvum trahit; ictis à Scorpione ſubvenit. *Dioſc*.

A. 4. Lychnis ſylveſtris *Offic*. ſylveſtris rubello flore *Ger*. ſylveſtris flore rubro *Park*. ſylve

veſtris ſive aquatica purpurea ſimplex *C.* ſylveſtris minus hirſuta, flore rubello ſimpl ci H. Ox. Ocymoides purpureum multis J. Rohte wilde Lychniß / rothe wilde Mergen-Rö lein. Ad ſepes. Æſtate floret. *Uſu.* Seme *Vires.* Cum priore viribus convenit.

A. 5. Ocymoides *Offic. Chab.* album mult *J. B.* ſylveſtris flore albo *Ger. Park. P. B.* ſylv ſtris alba ſimplex *C. B.* ſylveſtris hirſuta pere nis alba ſimplex H. Ox. Ocymaſtrum vulg *Herm. Cat.* Weiſſe wilde Lychniß/weiſſer Wiede ſtoß. Inter ſegetes & ad ſepes. Æſtate flore *Uſu.* Semen. *Vires.* Siccat, tenuiumque e partium *Galen.* Viperarum cæterorumque ſe pentium morſibus medetur. Iſchiadicos ju vat. *Dioſc.*

A. 6. Nigellaſtrum *Offic.* Lychnis ſegetu major *C. B.* hirſuta ſegetum major H. O Lychnoides ſegetum ſive Nigellaſtrum *Park* Nigella Brunfelſii & Officinarum *Volck.* Pſeu do-melanthium *Ger. J. B. Chab.* Raden/ Korn Nägelein. Inter ſegetes. Junio & Julio floret *Uſu.* Semen. *Vires.* Calidum & ſiccum eſt, in peſſo cum melle ſubditum menſes evocat *Hippocrat.*

7. Vaccaria *Offic. Ger.* J. B. *Chab.* Lychni ſegetum rubra foliis Perfoliatæ *C. B.* ſegetum Vaccaria rubra dicta *Park.* ſegetum Vaccari dicta H. Ox. Kuh-Baſilien / Küh-Kraut / Lyd weich. Inter ſegetes. Junio & Julio floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Calidum eſt & ſiccum: urinam provocat.

8. Mu-

8. Muſcipula *Offic.* viſcaria ſive Lychnidis ſpecies J. B. *Chab.* Lychnis viſcaria ſive Muſcipula *Ger.* viſcoſa rubra altera ſylveſtris *C.B.* ſylveſtris rubra minor *Park.* viſcoſa rubra multis foliis anguſtis parvis cingentibus genicula ſuperiora H. Ox. Kleb-Lychniß / rothe wilde Mergen-Rößlein. Inter ſegetes ſponte naſcitur. Junio & Julio floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Cum prioribus viribus convenire creditur.

9. Saxifraga antiquorum *Offic.* antiquorum quibuſdam J. B. antiquorum quibuſdam, Gypſophyton, & Symphytum petræum *Chab.* magna Matthioli *Ger.* major Italorum Matthioli *Park.* Caryophyllus Saxifragus C. B. Lychnis minor Saxifraga *P. Al.* Groſſer Steinbrech des Matthiolus. In ſummitate montis Lupi. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Mirificè tota planta calculos comminuit & expellit. *Matth.*

*Dioſcorides* de Saxifraga ſua tradit, *Quod frutex ſurculoſus ſit, in petræis & aſperis locis naſcens, Epithymo ſimilis.* Quæ deſcriptio adeò brevis eſt, ut multas inter Autores excitaverit controverſias, multæque ſtirpium diverſæ omninò ſpecies vel pro ea habeantur, vel eo nomine appellentur. In Officinis noſtris *Anglicanis* duo plantarum genera Saxifragæ nomine inſigniuntur proque ea uſurpantur, quarum utrunque priore volumine tradidi *pag.* 211. & 339. Verùm earum neutrum cum *Dioſcoridis* deſcriptione convenit, quamvis

eædem vires illis ab Autoribus tribuantur. Hoc in loco inquirendum reſtat quænam planta Saxifraga Antiquorum fuerit. *Matthiolus* & *Lugdunenſis* Autor Satureiæ ſpeciem eſſe volunt; quæ à *C. Bauhino* eandem eſſe cenſetur cum Thymbra S. Juliani *Lobeliana*. *Parkinſonus* Saxifragam veram *Matthioli* & Thymbram S. Juliani *Lobelii* unam & eandem plantam nullatenus probat, ideoq́ue *C. Bauhinum* reprehendit quod utrumque Satureiæ ſuæ ſpicatæ Synonymam facit, & affirmat plantam illam quam ipſe vidit & guſtavit, minimè vel odore vel guſtu cum Satureia vel Thymo convenire; ſed Thymo ſuo inodoro Prod. p. 108. eandem eſſe imaginatur. *Dodonæus* & *Gerardus* Serpyllum vulgare *Dioſcoridis* Saxifragam eſſe judicant. At nec huic opinioni conſentire poteſt *Parkinſonus*, nec ſanè immeritò judicio noſtro prædictas opiniones rejeciſſet, ni ipſe interim plantæ *Matthiolanæ* nimis pertinaciter adhæſiſſet, cum potiori ratione aliam ejuſdem Autoris ad *Dioſcoridæam* potiùs accedit, quam nos idcirco pro ea habemus; de cujus admirandis viribus in calculo comminuendo & expellendo non tantùm experientiâ propriâ comprobatis, ſed etiam *Calceolarii* Pharmacopœi *Veronenſis* (qui eam ſibi primo communicavit) teſtimonio confirmatis, ad *Matthiolum* ipſum Lectorem remitto.

*III. De*

# III. De Ciſto.

Pag. 300. lin. 10. ſubjunge:

1. Ciſtus mas *Offic.* Ciſtus *Chab.* mas folio rotundo hirſutiſſimo C. B. *Jonſ. D.* mas major folio rotundiore J. B. mas folio ſubrotundo *Park.* Ciſtus Männlein/ Ciſtus-Rößlein. In Italia & Hiſpania ſponte oritur, apud nos tantùm in hortis reperitur. Æſtate floret. *Uſu.* Folia, Flos. *Vires.* Vim habet adſtringentem, proſunt Dyſentericis & Diarrhœis, Ulceribus oris, veteribus ambuſtisque ſanant. Flores magis ſunt efficaces. *Galen.*

3. Ciſtus Hypociſtidem ferens *Offic.* mas vulgaris *Park.* mas cum Hypociſtide *Ger.* mas folio oblongo incano C. B. *Jonſ. D.* mas IV. folio oblongo albido J. B. mas IV. Monſpeliacus folio oblongo albido *Chab.* Ciſtus mit Hypociſt. In ſaxoſis collibus & ſylvis reperitur. Æſtate floret. *Uſu.* Hypociſtis. Vide *Pharmacologiam noſt. pag. 370.*

4. Ciſtus fœmina *Offic. Ger.* fœmina vulgaris *Park.* fœmina folio Salviæ *C. B. Jonſ. D.* fœmina Monſpeliana flore albo *J. B. Chab.* Ciſtus-Weiblein mit Salbeyen Blättern. In hortis colitur, Æſtate floret. *Uſu.* Folio, Flos. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

Ciſtus à *Dioſcoride* ſic deſcribitur: *Frutex eſt in petroſis locis naſcens, multis ramis præditus, folioſus, non altus. Folia rotunda, acerba, hirſuta. Flores velut Mali Punicæ ſed in fœmina albi.*

*IV. De*

## IV. De Helianthemo.

*Hujus notæ, Calices ad modum floris expanſi, triphylli capſulæ trigonæ, in tres carinas dehiſcentes.* R. Meth. A. p. 109.

A. Panax Chironium & Helianthemum *Offic.* Chironium Matthioli *Jonſ.* D. Chamæciſtus vulgaris flore luteo *ejusd.* & *C. B. P. B.* Helianthemum vulgare *Park.* Anglicum luteum *Ger.* luteum Germanicum *ejusd.* vulgare flore luteo *J. B. Chab.* Ciſtus humilis ſive Chamæciſtus vulgaris flore luteo *Herm. Cat.* humilis vulgaris flore luteo *P. Al. Volck.* Heyden-Iſop / Sonnen- oder Gülden-Günſel. In montoſis ſiccioribus & cretaceis. Junio & Julio floret. *Uſu.* Radix, Herba. *Vires.* Pota radix Serpentum venenis reſiſtit. Illita coma eadem præſtat. *Dioſc.*

## V. De Hyperico.

[Pag. 300. pro 2. 3 & 4. Speciebus Hyperici adde:

2. A. Aſcyrum *Offic. Ger.* vulgare *Park.* Hypericum Aſcyron dictum *Chab.* Aſcyron dictum caule quadrangulo J. B. ſeu Androſæmum Aſcyrum dictum, caule quadrangulo *H. Ox.* Androſæmum hirſutum C. B. Hart-Hau/Hart-Heu. In locis aquoſis oritur. Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Herba, Flos, Semen. *Vires.* Herba & Flores ejuſdem cum Hyperico uſus ſunt *Lobel.* Semen ad Iſchiadicos efficax eſt, bilioſa per alvum purgat. *Dioſc.*

3. Co-

3. Coris *Offic.* lutea C. B. Matthioli *Park.* *Ger.* legitima Cretica Belli *ejusd.* Hypericoides Coris quorundam & Coris legitima Cretica J.B. *Chab.* Hypericum ſeu Coris legitima Ericæ ſimilis *H. Ox.* ſaxatile tenuiſſimo & glauco folio *El. Bot.* Unecht Johannis-Kraut / Erd-Kieffer. Inſulæ Cretæ indigena eſt. Majo floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Urinas menſesque ciet: eſt & auxilio ex vino potum à Phalangio demorſis, Iſchiadicis & Ophiſthotonicis. *Dioſc.*

A. 4. Androſæmum *Offic.* vulgare *Park.* maximum fruteſcens C. B. Hypericum maximum Androſæmum vulgare dictum *R. Synop.* ſeu Androſæmum maximum (quaſi fruteſcens) bacciferum *H. Ox.* Siciliana aliis Ciciliana vel Androſæmum J. B. aliis Ciciliana, vel Androſæmum, tota bona quibuſdam *Chab.* Clymenum Italorum *Ger.* Groß Beeren tragend Johannis-Kraut. In dumetis & ſepibus. Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Folia, Flos, Semen. *Vires.* Cum Hyperico viribus convenit.

## VIII. De *Alſine.*

Pag. 302. pro 2. 3. & 4. Speciebus Alſines, adde:

2. A. Gramen Leucanthemon *Offic. Ger. Park.* Fuchſii ſive leucanthemon *J. B. Chab.* Caryophyllus arvenſis glaber flore majore *C. B.* Lychnis arvenſis glabra, flore majore *H. Ox.* Alſine pratenſis gramineo folio ampliore *El. Bot. T. Inſt.* holoſtea glabra folio gra-

gramineo flore majori *Volck.* Blumen-Graß. In ſylvis, dumetis & ſepibus paſſim. Vere floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Refrigerandi & ſiccandi vi pollet. In inflammationibus oculorum prodeſt.

3. Paronychia *Offic.* Alſine-folia incana *J. B. Chab.* Anthyllis maritima Alſines folio *C. B.* maritima incana *Park.* marina incana alſinefolia *Ger.* Polygonum maritimum folio Alſines H. Ox. Alſine maritima Centumgrana Cæſalpino dicta *P. Al.* See-Wege-Graß. In maritimis & vineis. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Illita Paronychiis atque favis remedio eſt. *Dioſc.*

## Herbæ flore Pentapetalo, foliis in caule, alterno aut nullo ordine poſitis.

### *IX. De Portulaca.*

Pag. 302. lin. 26. ſubjunge:

2. Portulaca ſylveſtris *Offic. Ger. Park.* anguſti-folia ſive ſylveſtris C. B. ſylveſtris minor ſive ſpontanea J. B. *Chab.* Wilde Portulac. In vervactis & ad vias frequens. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

### *X. De Sedo.*

Pag. 303. pro 2da Specie Sedi, adde:

2. A. Paronychia rutaceo folio *Offic. Ger.* foliis inciſis *Park.* Tridactylus *Chab.* Tri-

Tridactylites tectorum flore albo *J. B.* Sedum tridactylites tectorum *C. B.* ſpurium tridactylites tectorum *Volck.* Alſine tridactylites *Herm. Cat.* Saxifraga verna annua humilior *El. Bot.* Rothſtein / Vogel-Kraut. In muris & tectis. Majo floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Ad Scrophulas valdè commendatur.

## *XI. De Cotyledone.*

Pag. ead. lin. 21. adde:

2. UMbilicus Veneris alter *Offic.* Veneris minor *Ger. emac.* Cotyledon altera Matthioli *Park. parad.* altera verſicoloribus floribus *ejusd. Theat.* media foliis oblongis ſerratis C. B. Sanicula aizoides foliis oblongis ſerratis *Herm. Cat.* Sedum ſerratum J. B. *Chab.* Saxifraga Sedi folio anguſtiore ſerrato *El. Bot.* Klein Nabel-Kraut/Frauen-Nabel. In montibus Germaniæ. Æſtate floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum Sempervivo viribus convenit.

Pag. 304. lin. 7. adde:

## XIII. *De Gramine Parnaſſi.*

*Notæ ſunt, Pericarpium conoides è tribus carinis compoſitum; flos in uno cauliculo unicus, ſpecioſus, albus, duum generum ſtaminibus; folia parva hederacea.* R. Meth. A. p. III.

A. Gramen Parnaſſi *Offic. Ger.* Parnaſſi vulgare *Park.* Parnaſſi, flore albo ſimplici C. B. Parnaſſi Dodonæo, quibuſdam Hepaticus flos J. B. *Chab.* Ciſtus humilis *Herm. Cat.* humilis palu-

paluſtris, Hædere folio, Perfoliata noſtras I
*Al.* Pyrola rotundifolia paluſtris noſtras, flo
re unico ampliore *H. Ox.* Parnaſſia paluſtri
& vulgaris *El. Bot.* Parnaſſer-Graß/Leber-Blu
men. In paluſtribus putridis gaudet. Augu
ſto floret. *Uſu.* Radix, Herba, Semen. *Vires*
Succus foliorum & decoctum radicis proba
tiſſimum ſunt oculorum medicamentum
Semen vehementius urinam impellit: alvur
vomitioneſque ſiſtit. *Dioſc.*

Hepar roborat & obſtructionibus libera
*Chab.*

Pag. 304. poſt lin. 29. adde:

## XV. De Reſeda.

*Notæ ſunt, flos hexapetalos, è foliis valdè irregu laribus compoſitus; ſiliqua oblonga triangu perpetuò hians, ſex ſeminum ordines continens.* I Meth. A. p. 112.

A. 1. Reſeda *Offic.* Plinii *Ger.* vulgaris *C.* 1 lutea J. B. Plinii quibuſdam *Chab.* minor ſe vulgaris *Park.* Reſeda/ Raucken/ Streichkrau In arvis cretaceis reperitur. Junio & Juli floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Sedat dolores, ir flammationes diſcutit.

2. Phyteuma *Offic. J. B.* Monſpelienſiu *Chab.* Reſeda Phyteuma dicta *Herm. Cat.* m nor vulgaris *El. Bot. T. Inſt.* Reſedæ affin Phyteuma dicta C. B. affinis Phyteuma Mor ſpelienſium dicta *Park.* Valeriana ſeptima *Ge* Kleine Reſeda/ klein Streich-Kraut. Circa Mo ſpelium provenit. Æſtate floret. *Uſu.* Herb.
*Vire*

*ires.* Quam ad amatoria convenire, nonnulli riptum reliquerunt. *Dioſc.*

Quamvis *Dioſcorides*, ut adnotavi, plantæ quentis nullam deſcriptionem dederit, eóque inter Botanicos non leves diſſenſio-es de ea cauſavit: in deſcriptione tamen hu-is plantæ folia Struthio ſimilia ei attribuit, nde etiam non leviorem in diverſas ſenten-as abeundi Autoribus occaſionem dedit. *Iatthiolus* Campanulam hanc eſſe vult, *Cæſal-nus* Ranunculum; *Columna* vel Scabioſam vel alerianam; *Honorius Bellus* Antirrhini ſpeci-n, Alii Luteolam, nos vero cum *J. Bau-no* ad hanc plantam potiùs referendam cen-mus.

## XVI. De Luteola.

*Reſeda differt capſulâ brevi, in tres carinas ante-quam ſemen matureſcat dehiſcente, quarum una-æque duos ſeminum ordines continet, ut in Viola. æ carinæ initio conjunguntur, & vaſculum efficiunt uſum.* R. Meth. A.

A. Struthium *Offic.* Luteola *Ger.* herba Sa-cis folio *C. B.* Cretica *ejuſd.* vulgaris *Park.* ulguris Cretica *ejuſd.* Lutea Plinii quibuſ-am *J. B. Chab.* Reſeda tinctorum Salicis folio uteola dicta *Herm. Cat.* Färber-Graß. In muris locis ruderatis; Æſtate floret. *Uſu.* Her-. Ad uſum Tinctorum ſeritur, colore teo tingit. *Vires.* Nonnulli contuſum vulne-bus imponunt *R. H.* quidam ad Morbum egium commendant. Pro Glaſto à Mulier-

culis Botanopolis Londinenſibus frequens venditur.

Quamvis Struthium veteribus Græcis adeò probè cognitum fuerit, ut *Dioſcorides* deſcriptione non indigere putaverit; Poſteris tamen temporibus eruditorum ingenia non parum torſit. *Cordus* pro imperatoria eam habuit. Nonnulli, ut obſervavit *C. Bauhinus*, pro Valeriana rubra; *Fuchſius*, *Lonicerus* & *Thalius* pro Saponaria. Quorum omnium opiniones rejicit idem *C. Bauhinus*, ut & quandam Lychnidis ſpeciem pro ea ad ſe miſſam. *Lacuna* & *Geſnerus* Lutheolam vulgarem Struthium eſſe exiſtimant: quibus adverſatur *Matthiolus* Pſeudo-ſtruthium eam herbam appellans. *Honorius Bellus* in 2da ſua ad *Cluſium* Epiſtola Luteolam Struthium eſſe ſtatuit, cum quo & ego conſentio, atque exiſtimo à vulgari Luteola ſeparandum non eſſe, ideóque utrumque conjunxi.

## XVIII. *De Geranio.*

Pap. 305. pro 4. 5 & 6. Speciebus Geranii, adde:

4. GEranium tuberoſum *Offic. Ger. J.B. Chab.* tuberuſum majus *C. B.* tuberoſum ve bulboſum *Park.* Storch-Schnabel mit runder knolliger Wurtzel. In curioſorum hortis colitur. Junio & Julio floret. *Uſu.* Radix. *Vires* In vino pota vulvæ inflammationes diſcutit *Dioſc.*

A. 5. Geranium ſanguineum *Offic. Ger.* ſan-

guineum magno flore *C. B.* ſanguineum ſive Hæmatodes, craſſa radice, *J. B.* ſanguineum ſive Hæmatodes, craſſa radice flore purpureo *Chab.* Hæmatodes *Park.* Blut-Wurtzel. In ericetis & dumetis præſertim montoſis. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Quocunque modo fere exhibita, ſanguinem undecunque manantem mirum in modum compeſcit. *Trag.*

A. 6. Geranium batrachoides *Offic. Ger.* batrachoides flore cœruleo *Park.* batrachoides album, & ex albo cum cœruleo colore varium *J. B. Chab.* batrachoides, Gratia Dei Germanorum Lobelio *C. B.* Blauer und Weiſſer Storch-Schnabel. In pratis & paſcuis humidioribus Junio & Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Pulvis ſiccat vulneri impoſitus, non modò Sanguinis fluxum ſtatim ſiſtit, ſed mirè & ſubito conſolidat. *Stockerus.*

## *XX. De Nigella.*

Pag. 307. pro 2da Specie Nigellæ, adde:

2. MElanthium *Offic.* ſylveſtre *Ger.* ſylveſtre ſive arvenſe *J. B. Chab.* Nigella arvenſis *Park.* arvenſis cornuta *C. B.* Fenchel-Blumen. Wilder ſchwartzer Kümmel. Inter ſegetes reperitur. Junio floret. *Uſu.* Semina. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

## *XXI. De Lino.*

Pag. 308. pro 2da Specie Lini, adde:

2. A. Linum catharticum *Offic.* ſylveſtre catharticum *Ger. emac.* pratenſe floſcu-

lis exiguis *C. B.* minimum floſculis albis, Alſine verna glabra quorundam *Chab.* Chamælinum Cluſii flore albo, ſive Linum ſylveſtre catharticum *Park.* Alſine verna glabra floſculis albis, vel potiùs Linum minimum *J. B.* Purgierend-Flachs. Klein Lein-Kraut. In paſcuis ſiccioribus, montoſis & cretaceis, Junio & Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cathartica vi prædita eſt. Tertianas curat.

Pag. 308. lin. 20. poſt verbum *cenſetur*, adde: Nullibi niſi in *China* ſponte provenire *Garcias*, *Acoſta* & *Linſchotianus* rectè conſentiunt; unde vel in navibus ad nos adfertur, vel per *Tartariam* camelis ad *Alepum*, vel aliâ viâ ad *Moſcoviam*.

Pag. 308. lin. ult. junge:

Radix hæc *Dioſcoridi* & *Galeno* ignota fuit, unde malè quidam *Rhaphonticum* eorum cum noſtro *Rhabarbaro* confundunt: Nam Rhæum *Dioſcoridis* non habet vim purgatricem, & notis veri Rhabarbari caret. *Rhabarbarum* enim ſubſtantiâ compactum eſt, ponderoſum & aridum, ſapore amarum, odore acri, colore exterius rufeſcente, intus ex ruffo flaveſcente [cum venis aliquot intenſioribus] ac maceratum vel manducatum tingens croceo colore. *Rhaponticum* non eſt compactum ſed rarum, non ponderoſum ſed leve, non odoratum ſimiliter Rhabarbaro. *J. le Brun.*

Ab *Abrahamo Muntingio* accuratè deſcribitur, ergo non benè affirmat *Ammanus* Rha-

bar

barbarum verum nemini deſcriptum unquam eſſe.

# Herbæ Pentapetaloides vaſculiferæ.

## XXIII. De Paralyſi.

Pag. 309. poſt lin. ult. adde:

3. A. Herba Petri *Offic.* Primula pratenſis inodora lutea *Ger.* veris caulifera pallido flore inodoro aut vix odoro *J. B.* veris caulifera, flore ſimplici pallido vel luteo inodoro *Chab.* veris ſive Verbaſculum pratenſe vel ſylvaticum inodorum *Herm. Cat. Volck.* Paralyſis altera odorata flore pallido polianthos *Park. parad.* Verbaſculum pratenſe aut ſylvaticum inodorum *C. B.* Groſſe Schlüſſel-Blumen. Himmel-Schlüſſel. St. Peter Schlüſſel. In ſylvis & dumetis. Vere floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* In Anaſarca in Vino albo per noctem infuſum commendat *Stockerus.*

## XXIV. De Auricula Urſi.

*A Primula differt foliis levioribus & denſioribus, floris calice breviore ut florum tubi ferè nudi appareant, foliorum quorundam rudimentis in caulis vertice, è quibus florum pediculi exeunt.* R. Meth. A. p. 83.

Auricula Urſi *Offic.* flore purpureo *Ger. El. Bot.* flore carneo *Park.* flore rubente *Chab.* ſive Primula veris Alpina flore rubente *J. B.* Sa-

Sanicula Alpina purpurea *C. B.* Rothe Bär-Oehrlein. Bär-Sanickel. Berg-Schlüſſel-Blumen. In Alpibus & montoſis oritur. Vere floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Herba Traumatica æſtimatur. Cum Sanicula viribus convenire creditur.

## XXV. *De Androſace.*

*NOtæ ſunt vaſcula rotunda; calices magnos, quinquifidos, expanſos, floſculis in umbellam ſparſos parvos pentapetaloides; folia parva, nervoſa, Plantaginea, crenata.* R. Meth. A. p. 84.

Androſaces *Offic. Chab.* annua ſpuria *Ger* Androſace Matthioli altera J. B. altera majoi Matthioli *Park.* vulgaris latifolia annua *El Bot. T. Inſt.* Auriculæ urſi affinis, Androſac dicta major *Herm. Cat.* Saniculæ affinis planta, Androſace dicta major *H. Ox.* Alſine af finis, Androſace dicta major *C. B.* Sommer Nabel-Kraut. Manns-Harniſch. In arenoſi naſcitur. Aprili floret. *Uſu.* Herba *Vires* Copioſam hydropicis urinam ciet, in vino po ta; podagricis utiliter illinitur. *Dioſc.*

## XXVI. *De Apocyno.*

*CUjus notæ ſiliquæ ad ſingulos flores geminæ uni capſulares, univalves, ab interiori latere pe longitudinem dehiſcentes, & in his ſemina cum pro pendente lanugine imbricum modo ſtylo nutritivo in cumbentia; Succum lacteum fundere; folia in cauli bus bina adverſa.* R. Meth. A. p. 78.

Apo

Apocynon *Offic.* folio ſubrotundo C.B. latifolium non repens *Park.* folio rotundiore flore ex albo palleſcente *J. B. Chab.* erectum fruticoſum folio ſubrotundo glauco *Parad. Bat.* Periploca latifolia *Ger.* Hunds-Köl. In hortis curioſorum nonnunquam reperitur. Autumno floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Cum adipe in panis cocta; canes, lupos, vulpes, &c, enecat in cibo data. *Dioſc.*

## XXX. *De Verbaſco.*

Pap. 311. pro. 2. & 3. Speciebus Verbaſci, adde:

2. A. Verbaſcum nigrum *Offic. Ger.* nigrum vulgare *Park.* nigrum flore ex luteo purpuraſcente *C. B.* nigrum flore parvo apicibus purpureis J. B. *Chab.* Schwärtzlich Woll-Kraut. Königs-Kertze. In aggeribus foſſarum. Julio & Auguſto floret. *Uſu.* Radix, Folia, Flores. *Vires.* Radix aſtringit, in alvi profluvio prodeſt, [Folia & Flores] cum priore viribus convenit. *Dioſc.*

A. 3. Verbaſcum album *Offic.* mas foliis longioribus *Park.* flore albo parvo J. B. *Chab.* lychnitis Matthioli *Ger.* lychnitis flore albo parvo C. B. Woll-Kraut mit weiſſen Blumen. Secus vias variis in locis reperitur. Auguſto floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Cum reliquis viribus convenit,

## XXXI. *De Blattaria.*

*FLorum ſitus in ſpicis rarior; & foliorum color viridior, capſulæ figurâ Sphærica à Verbaſco differt.* R. Meth. A. p. 85.

Blattaria *Offic.* lutea *J. B.* vulgaris lutea *Chab.* flore luteo *Ger.* lutea folio oblongo laciniato *C. B.* lutea minor ſeu vulgaris *Park.* annua ramoſa, floribus luteis ſtaminibus purpureis *H. Ox.* Schaben⸗oder Motten⸗Kraut. In lutoſis aggeribus. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum Verbaſco viribus convenire creditur.

Pag. 313. lin. ult. adde:

## XXXVI. *De Valeriana Græca.*

*FOliis longis pinnatis Viciæ ferè in modum, floribus amplis, deorſum nutantibus, vaſculis ſeminalibus turbinatis, in tria loculamenta diviſis per maturitatem in ſummitate dehiſcentibus, ſemina parva, oblonga, nigricantia continentibus, ab aliis hujus generis differt.* R. Meth. A. p. 86.

A. Polemonium *Offic.* vulgare cœruleum *El. Bot. T. Inſt.* Valeriana Græca *Ger. Park.* Græca violacea *Mor. Umb.* Græca quorundam *Chab.* Græca quorundam flore cæruleo & albo *J. B.* cœrulea *C. B.* Spuria Violaceo flore *Volck.* Vulneraria alata Blattariæ flore cœruleo *H. Ox.* Greichiſcher Baldrian. Jacobs⸗Leiter. In ſylvis. Æſtate floret. *Uſu.* Radix, Herba. *Vires.* Radix ex vino bibitur contra

ve-

venenatas beſtias ac dyſenteriam: ac ex aqua adverſus urinæ difficultatem & iſchiadem: ex aceto drachmæ pondere lienoſis. Dentium quoque dolores mitigat commanducata *Dioſcorid.* Herba Vulneraria eſt inſignis.

Hæc etiam planta ab antiquis ita imperfectè deſcribitur, ut quænam ſit adhuc in tenebris lateat; nonnulli enim Valerianæ, alii Lychnidis ſpeciem eam facient. Ego periciſſimum illum Botanicum D. *Joſephum Pitton-Tournefort*, M. D. præ aliis ſequi prætulerim, qui huic plantæ hoc nomen attribuit, & *Dioſcoridis* deſcriptionem ſubnectere:

*Polemonia ramis exilibus, utrinque pinnatis: foliis paulò quàm Rutæ majoribus, ac longioribus, Calaminthæ aut Sanguinariæ proximis quibus in ſummis velut corymbi dependent nigro ſemine, &c.*

## XXXVII. *De Nimphæa.*

Pag. 314. lin. 17. adde:

3. A. Morſus Ranæ *Offic. Ger.* Nymphæa alba minima *C. B.* alba minima ſive Morſus Ranæ *J. B.* Froſch-Biß. In aquis pigrioribus & cœnoſis. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum Nymphæa alba viribus pollet.

## XXXVIII. *De Faba Ægyptiaca.*

H*ujus notæ, Folia & flores Nymphææ, fructus fungoſus & rugoſus globum dimidium cui ſumma pars præciſa eſt referens, pluribus ad viginti qua-*

*tuor uſque loculis diſtinctus, quorum unuſquiſque fructum glandi ſimilem continet.* R. Meth. A.p. 128.

Faba Ægyptia *Offic. Bod. à Stapel.* Ægyptia Dioſcoridis & Theophraſti cujus radix Colocaſſia dicebatur. *Park.* Ægyptia legitima Dioſcoridis *Camel. Syllab.* ſive Cyanus Ægyptia *J. B.* Fructus valdè elegans, Faba fortè Ægyptia Dioſcoridis *ejuſd.* & *Chab.* Faba Ægyptia Colocaſſia *ejuſd.* Fabæ Ægyptiæ affinis *Ger.* Ægyptiacæ Dioſcoridis affinis *C. B.* Colocaſſia ſive Eaba Ægyptia veterum *ejuſd.* Nymphæa Indica flore purpureo B*ont.* Indica maxima *P.*B.*P.* Indica Faba Ægyptia dicta flore incarnato Nelumbo Zeilonenſium *Parad.*Bat. glandifera Indiæ paludibus gaudens, foliis umbilicatis amplis, pediculis ſpinoſis, flore roſeo purpureo & flore albo *P. Al.* Madaraſpatana Naſturtii Indici ſcutato folio ſolidiori venis atris, pediculo ſpinulis aſperato *P. P. Tab.* 207. *fig.* 5. *Tab.* 122. *fig.* 1. flore ſuave purpuraſcente Japonica B*reyn. P.* 2. Nymphæa affinis glandifera Ægyptiaca flore pleno pulchro purpureo *H. Ox.* affinis Malabarica, flore amplo roſaceo, albicante colore *Commel. in not.* affinis Malabarica, folio & flore amplo, colore candido *ejuſd.* Tamara *H. M.* Bem-Tamara *ejuſd.* Nelumbo *T. Inſt.* Lien Sinarum *Ogilo Chin.* Egyptiſche Bohnen. Colocaſia. In Ægypto creſcit. *Uſu.* Radix. *Vires.* Adſtringendi facultatem obtinet, & Stomacho utilem: Dyſentericis cœliacíſque prodeſt. *Dioſcorides.*

SE-

# SECTIO XXI.

## De Herbis Radicibus bulboſis.

### I. *De Lilio.*

Pag. 316. pro 2da Specie Lilii adde:

2. HEmerocallis *Offic.* Lilium aureum *Ger. Park.* purpuro-croceum majus *C. B.* rubens croceum majus *J.* B. rubens vel croceum majus, Hemerocallis *Chab.* Rothe Gold- oder Feuer-Lilien. In hortis colitur. Junio & Julio floret. *Uſu.* Radix, Folia. *Vires.* Radix pota aut cum melle & lana in peſſo appoſita, aquam educit & ſanguinem. Folia trita mammarum inflammationes à partu contractas, oculorúmque collectiones mitigant. Radix & Folia igne ambuſtis utiliſſime illinuntur. *Dioſcorides.*

Pag. 316. poſt lin. 18. adde:

### *III. De Cepaſtro.*

F*Oliis fiſtuloſis graveolentibus cum Cepa convenit, radicibus proliferis & caulibus non ventricoſis ab ea differt.*

A. 1. Allium ſylveſtre *Offic. Ger. emac. Park.* ſylveſtre tenuifolium Dodonæi *Volck.* campeſtre juncifolium capitatum purpuraſcens majus C. B. Sphærocephalum purpureum ſylve-

veſtre *J. B. Chab.* Cepa juncifolia minor purpuraſcens *T. Inſt.* Feld-Lauch. Hunds-Knoblauch. In arvis. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum Allio ſativo viribus convenit.

2. Cepa aſcalonica *Offic.* aſcalonica Matthioli *El. Bot. T. Inſt. H. Ox.* aſcalonica ſive fiſſilis J. B. *Chab.* ſterilis C. B. aſcalonica ſive aſcalonitides *Park.* aſcalonitides *Ger. emac.* Eſchlauch. Winter-Zwiebeln. In hortis culinarum uſui colitur. *Uſu.* Radix. *Vires.* Excalfacit & ſiccat, incidit, aperit, provocat, dejicit, cibi appetentiam facit, vermes inteſtinorum necat. *Matth.*

3. Schœnopraſſum *Offic. Ger. Park.* Porrum ſectivum juncifolium *C. B.* ſectivum & Schœnopraſſum quorundam *J. B. Chab.* Cepa ſectilis juncifolia perennis *H. Ox. El. Bot.* Schnittlauch. Binzenlauch. Hollauch. In hortis etiam reperitur. *Uſu.* Folia. *Vires.* Cum Cepis viribus convenit. In culinis pro olere crudo uſurpantur.

## *IV. De Allio.*

Pag. 317. lin. 11. ſubjunge:

2. Ophioſcorodon *Offic. Ger.* Scorodopraſſum alterum bulboſo & convoluto capite *Park.* Allii genus Ophioſcorodon *Chab.* genus Ophioſcorodon dictum quibuſdam J. B. Allium ſativum alterum ſive alliopraſſum caulis ſummo circumvoluto *C. B.* Schlangen Knoblauch. Siegwurtz/ Allermanns Harniſch Männlein. *Rockumbol.* In hortis colitur.

tur. Julio floret. *Uſu.* Radix, Nuclei. *Vires.* Cum præcidente viribus convenit, mitior tamen eſt.

## *V.* De *Moly.*

2. MOly *Offic.* Dioſcorideum *Ger.* Park. Dioſcoridis parvum quibuſdam J. B. Dioſcoridis parvum quibuſdam flore candido *Chab.* anguſtifolium umbellatum *C. B.* Schmalblättrig Moly. In hortis colitur. Aprili floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Ad vulvæ apertiones, ſi trita cum Irino unguento in peſſo ſubjiciatur. *Dioſc.*

3. Moly Theophraſti *Offic.* Theophraſti ſive Homeri *Park.* Theophraſti magnum *J. B.* Theophraſti magnum, floribus albis ſtellatis *Chab.* Homericum *Ger.* latifolium liliflorum *C. B.* Ornithogalum Indicum latifolium floriferum Sphæricum colore coloſſino aut albo *H. Ox.* Moly mit Lilien-Blumen. In hortis curioſorum non in frequens naſcitur. Junio & Julio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum præcedente viribus convenire creditur.

## *VI.* De *Porro.*

Pag. 157. pro 2. & 3. Speciebus Porri adde:

2. AMpelopraſſum *Offic.* Porrum vitigineum *Ger. El.* Bot. ſylveſtre vinearum *C. B.* Allium ſylveſtre amphicarpon, foliis porraceis, floribus & nucleis purpureis *R. Synop. Edit.* 2. p. 230. Weinberg-Knoblauch. In montibus *Weſtmorlandicis* obſervavit D. *Lawſon.* Junio floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Stomacho magis quam Porrum adverſatur; plus autem excal-

excalfacit, urinam & menſes vehementius ciet. Idem contra ſerpentium morſus convenit. *Dioſc.*

Ampeloprasſi nomine quam plantam intelligant Rei Botanicæ Autores; ab optimis & nuperrimis ſcriptoribus plurimùm dubitatur, aliis alio illud referentibus, in quam incertitudinem inducti ſunt ex eo quod *Dioſcorides* illud non deſcripſerit. Quatuor apud *C. Bauhinum* Herbarum Species invenio, quibus hoc nomen ab aliis & aliis Botanicis tribuitur, è quibus hanc quæ plura habet ſuffragia elegi.

A. 3. Scorodopraſſum *Offic. Chab. Park.* primum Cluſii *Ger. emac.* dictum *J. B.* Allium Sphæriceo capite folio latiore ſive Scorodopraſſum alterum *C. B.* maximum multis Porraceis foliis latioribus ſphæriceo capite ex floribus albis conflato *H. Ox.* montanum majus Anglicum Newtonii *R. H. p.* 1125. Holmenſe ſphæriceo capite *R. Synop. Edit.* 2. *p.* 229. Acker oder Aber-Knoblauch. Wilder-Lauch. In Inſula *Holms* Dicta copioſe provenit. Junio floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Allii & Porri qualitatum particeps: Unde promiſcuas ſibi vires ex utroque vendicavit.

## VII. De *Narciſſo.*

*Cujus notæ, Flos è vaginâ membranaceâ oritur ſummo fructui inſidens, in ſex lacinias totidem petala imitantes diviſus, calice medium occupante; nunc longiore, nunc breviore.* R. Meth. A. p. 116.

A. 1.

A. 1. Narciſſus *Offic.* medio-luteus *Ger.* medio-luteus vulgaris *Park.* pallidus circulo luteo *C. B.* medio-luteus cum aliquot floribus *J. B. Chab.* Gelbe Narciſſen. Jonquillen. Merzen-Blumen. In paſcuis & aggeribus. Aprili floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cocta ſive eſtur ſive bibitur vomitoria eſt: ambuſtis igni prodeſt, præciſos nervos glutinat: luxatis malleolis, diuturniſque articulorum doloribus ſubvenit. Vitia cutis in facie, vitiligineſque emaculat. Ulcerum ſordes expurgat: abſceſſus rumpit: infixa corpori extrahit. *Dioſcorid.*

A. 2. Pſeudonarciſſus *Offic.* Anglicus *Ger.* Anglicus vulgaris *Park.* Narciſſus ſylveſtris pallidus calice luteo *C. B.* Bulbocodium *Chab.* vulgare *J. B.* Wilde bleiche gelbe Hornungs-Blumen. Circa margines agrorum. Martio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

## *VIII. De Tulipa.*

*Cujus notæ, Radix bulboſa tunicata; flores ampli hexapetali, nudi, in ſingulis caulibus naturâ ſinguli, erecti; caules foliis aliquot cincti. Stylus in fructum abit oblongum triangulum, in tria loculamenta binis ſingula ſeminum Liliaceorum ſibi invicem ſuperincumbentium ordinibus repleta; quo cum Lilio convenit.* R. Meth. A. p. 119.

Tulipa *Offic.* præcox lutea *C. B.* tota lutea *Ger.* præcox flava *J. B. Chab.* Gelbe Tulipe. In hortis reperitur. Vere floret. *Uſu.* Radix.

dix. *Vires.* Eiſdem viribus cum Battatis & Paſtinacis latifoliis à quibuſdam prædita affirmatur.

## IX. *De Ornithogalo.*

NOtæ, *ſtaminula florum lata ſpicata, quorum tria acuminata, tria bifida ſeu ſinuata ſunt. Stamina hæc capitulum ſeu ſtylum includunt arctè coeuntia, etiam explicatis foliis exterioribus. Florum petala aversâ parte lineis virentibus plerumque notata.* R. Meth. A. p. 119.

A. Ornithogalon *Offic.* *Chab.* vulgare *Ger.* *Park.* vulgare & verius J. B. umbellatum medium anguſtifolium *C. B.* umbellatum minus candidum vulgare *H. Ox.* Stern aus Bethlehem. Vogel-Milch. Weiſſe Feld-Zwiebel.

In hortis colitur. Majo floret. *Uſu.* Radix. Semen. *Vires.* Radix cruda & cocta manditur. [Semen] coquitur cum pane ut Melanthium. *Dioſc.*

## X. *De Hyacintho.*

Pag. 317. pro ſecunda ſpecie Hyacinthi adde:

2. BUlbus Vomitorius *Offic.* Muſcari Cluſii *Ger.* obſoletiore flore Cluſio *T. Inſt.* majus obſoleto flore *El. Bot.* Hyacinthus racemoſus moſchatus *C. B.* racemoſus ſeu botryoides major, ſeu Muſcari majus obſoleto albo flore *H. Ox.* botryoides major moſchatus ſive Muſcari flore cinericeo *Park. parad.* odoratiſſimus dictus Tibcadi & Muſcari *J. B.* odoratiſſimus, Dipcadi & Muſcari dictus *Chab.* Muſcus Hyacinth. Wohlriechender

Trau-

Trauben-Hyacinth. In vicinis *Conſtantinopoli* hortis. Aprili floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Ea manſa vel decoctum potum Veſicæ malis medetur. Vomitiones movet. *Dioſc.*

Pag. 318. poſt lin. 12. adde:

## XII. De Siſyrhinchio.

NOS *à flore diſtinximus, cujus folia illa quæ ſurſum reflectuntur in Iride* [bulboſa] *bifida ſunt, in Siſyrinchio integra.* R. Meth. A. p. 117.

Siſyrhinchium *Offic.* Theophraſti Columnæ *R. H. p.* 1167. minus anguſtifolium *C. B. H. Ox.* Crocus Italicus parvo flore radice roſtrata *El. Bot.* Bulbocodium Crocifolium flore parvo violaceo *T. Coroll.* Spaniſch Nuß/ klein Siſyrhinchium. In Cirinola ſuccrevit. *Uſu.* Radix.

## XIII. De Gladiolo.

F*Olia Gladii laminam referunt. Floris ſtructura peculiaris eſt; inferius enim tubuloſus, ſupernè in duo velut labia expanditur, quorum ſuperius ſimplex eſt & in alveum inflexum, inferius in quinque partes diviſum. Radix duplici tubere conſtat, altero alteri ſuperincumbente* R. Meth. A.

Gladiolus *Offic.* Narbonenſis *Park.* Italicus *Ger.* floribus ex uno verſu diſpoſitis major *C. B. H. Ox.* ſive Xiphion *J. B. Chab.* Korn Flag. Schwertel. In hortis noſtris colitur. Ju-

 nio

nio floret: *Uſu.* Radix. *Vires.* Attrahendi, diſcutiendi, & nimirum ſiccandi vim habet. *Galen.*

## *XIV. De Colchico.*

*FOliis latis, vaſculis ſeminalibus majoribus à Croco differt; Flores nudi, à radice ſtatim orti, abſque pediculis herbaceis, Liliaceis ſimiles.* R. Meth. A. p. 116.

A. 1. Colchicum *Offic. Chab. J. B.* commune *C. B.* purpureum & Anglicum album *Ger. Park.* Wieſen-Saffran / Wieſen-Zeitloſen / Nackete Huren. In pratis ſolo pingui occurrit. Autumno floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Comeſa fungorum more, ſtrangulando enecat. *Dioſc.*

2. Ephemerum *Offic.* Tödliche Wieſen-Zeitloſen. In ſylvis & opacis, & à *Dioſcoride* ſic breviter deſcribitur: *Folia habet Lilii, ſed tenuiora: caulem parvum: florem candidum, amarum, ſemen molle: radicem unam, digitali craſſitudine, longam adſtringentem, odoratam.* Vires. *Hujus radix dentibus præcipua, ſi decocto ejus colluantur. Folia in vino cocta diſcutiunt tumores & tubercula, quæ nihil adhuc humidi contraxerunt.* Dioſc.

Per Ephemerum plantam deleteriam tantum intellexiſſe videtur *Theophraſtus*, ut rectè obſervat *Chabræus. Dioſcorides* autem nullum Ephemero vim lethalem aſſignat. *Plinius* non tantum non exitioſam ſed ſalutiferam eſſe affirmat, unde ab eruditis valde ambigitur de hac planta, nec adhuc quo referenda ſit inter

eos

eos convenit. *C. Bauhinus* ſub hoc nomine duas proponit plantas; & *Columna* Digitalis quandam ſpeciem pro ea habet: Mauritani & eos ſecuti ſuperioris ætatis Medicii Ephemerum cum Hermodactylis confuderunt.

Pag. 318. lin. ult. ſubjunge:

## *XVI. De Dente Canino.*

*NOtæ, flos in uno caule unicus, hexapetalos, deorſum natans, petalis reflexis; fructus in terna loculamenta diviſus, quorum ſingula ſeminibus oblongis repleta. Adde radicem carnoſam dentis canini quodammodo figurâ.* R. Meth. A. p. 119.

Dens caninus *Offic. Ger.* caninus flore purpuraſcente & flore rubro *Park. parad.* Dens Canis latiore rotundioreque folio *C. B.* flore purpuraſcente *H. Ox.* Satyrion, quorundam Erythronium bifolium, flore unico radiato purpureo *J. B.* Satyrium Erythronium quorundam; Dentalis ſpecies aliis *Chab.* Breit-blätteriger Hundszahn mit Purpur-Blumen. Roth Stendel-Wurtz/ Schoß-Wurtz. Ad quorundam montium radices reperitur. Aprili floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Dolores colicos mitigat, epilepticos pueros juvat, ventris tineas juvat; Venerem ſtimulat, Corpus nutrit.

A nonnullis Satyrium erythronium *Dioſcoridis* creditur, ſed erroneè *Parkinſoni* judicio, qui Tulipam pro ea habet.

# SECTIO XXII.

## De
## Herbis bulboſis affinibus.

### I. *De Iride.*

Pag. 322. pro 5. Specie Iridis, adde:

5. CHamæiris *Offic.* tenuifolia *Ger.* Tabernamontani *H. Ox.* anguſtifolia major & minor *Park. parad.* Iris humilis, ſeu Chamæiris anguſtifolia graminea *Herm. Cat.* anguſtifolia prunum redolens major & minor *C. B.* graminea, cui quotannis pereunt folia J. B. graminea cui quotannis pereunt folia, flore variegato *Chab.* Graß-blätteriger Schwertel/ kleine wilde Iris. In hortis colitur. Majo floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum primo viribus convenire dicitur.

Pag. eadem poſt lin. 21. adde:

### III. *De Liliaſtro.*

*Cujus notæ, Flos exactè Liliaceus; fructus oblongus, ab apice in tres partes dehiſcens, & in tria loculamenta, ſeminibus anguloſis repleta diviſus; radices parvis Napis ſimiles, fibris aliquot adnatis.* R. Meth. A. p. 118.

Phalangium *Offic.* Antiquorum *Ger. emac.* magno flore *C. B.* flore Lilii *J. B.* Allobrogicum *Park.* Allobrogicum magno flore Lilii *H. Ox.* Aſphodelus Allobrogicus magno flore Lilii

Lilii *Herm. Cat.* Liliaſtrum Alpinum minus *El. Bot. T. Inſt.* Spinnen-Kraut/Erd-Spinnenkraut/ Graß-Lilien. In hortis apud nos colitur. Junio floret. *Uſu.* Folia, Flos, Semen. *Vires.* Cum vino pota auxiliantur contra Scorpionum Phalangiorumque ictus: Tormina quoque diſcutiunt. *Dioſc.*

## *IV. De Aloë.*

Pag. 322. lin. 25. dele Aloe vulgaris & quæ ſequuntur ad verbum *Vires* in lin. 24. cujus in loco adde:

1. Aloë *Offic. J. B. Chab.* vulgaris *C. B. H. Ox.* vera vulgaris *Munt.* vulgaris ſive Sempervivum marinum *Ger. Park.* Caraguata Braſilienſibus *Marg.* tertia *Piſon.* Kadanaku vel Catevala *H. M.* Gemeine Aloë. Utriuſque Indiæ incola eſt. *Uſu.* Folia. Succus inſpiſſatus Aloe Barbadenſis *Offic.* vocatur, aliquando niger lucidus, aliquando hepatis fere colore, odore gravi, ſapore amaricantiſſimo. Ex Inſula Barbados in Cucurbitis magnis adfertur. *Vires.* Folia ad ambuſta commendantur. Succus inſpiſſatus cum Aloë Succotrina viribus convenit.

2. Aloë Guineenſis Caballina vulgari ſimilis, ſed tota maculata *Commel. Prælud. Bot.* Roß-Aloe. *Uſu.* Succus inſpiſſatus quibus pars impurior arenoſa, ſordibus conſpurcata, & idcircò nigricans *Aloë Caballina* dicitur. Pars purior colorem hepatis referens *Aloë Hepatica* vocatur.

Caballinam hanc vocat prædictus Autor, quia fractis foliis Succus Aloën Caballinam redolet.

3. Aloë Succotrina *Offic.* Succotrina anguſtifolia ſpinoſa, flore purpureo *Breyn.* P. 2. Indiæ Orientalis ſerrata, ſive Succotrina vera, floribus phœniceis *Hort. Beaum.* Americana ſerrata, floribus coccineis P. B. P. An Aloë Americana Anonæ foliis, floribus ſuaverubentibus, ex codice Bentingiano P. P. *Tab. 240. fig. 4?* Succotrin-Aloë, Aloë aus der Inſul Zuccotra. In Inſula Succotora in India Orientali reperitur. *Uſu.* Succus inſpiſſatus ex nigro ſplendentis colore, ſed quando teritur croceus; odoris non ingrati: cujus colligendi modum hodiernum D. *Raio* communicavit D. *Joſua Palmer* M. D. è dictatis D. P. *Hermanni* his verbis:

*Ex foliis à radice avulſis manu vel inſtrumento leviter compreſſis ſuccus deſtillat in vas recipiens. Subſidere debent partes craſſæ per noctem, aliæ vero ſupernatant. Poſtero die in aliud vas infundunt & inſolant, ut concreſcat & exſiccetur, in quo tempore fulvum acquirit colorem.*

Ex Inſula Succotora in coriis beſtiarum ad nos transportatur: & à Caballina puritate ſola differre à quibuſdam creditur.

Pag. 323. lin. 19. ſubjunge:

De variis Aloes ſpeciebus & plantis è quibus omnes effluunt aut eliciuntur, liceat mihi hoc in loco dubia mea aperire. Cùm Phar-

Pharmacologiam meam conſcriberem, quanta eſſet differentia, odoris reſpectu, inter *Succotrinam*, *Caballinam* & *Barbadenſem* Aloën, obſervans, ſuſpicionem mihi injecit, non ex puritate tantùm inter ſe differre, ut vulgò opinantur; quamvis quòd ab eodem loco adveherentur, priores duas præcipuè puritate tantùm differre, ut dixi, quemvis facilè perſuadere poſſet; ingens tamen differentia, quam, odoris reſpectu, inter *Barbadenſem* & *Succotrinam* intercedere animadverti, ſuſpicionem mihi movit, *Barbadenſem* ab eadem cum *Succotrina* planta non elici, ideoque de ea in ſpecie quæſivi, an ab eadem planta eſſet necne? Unde ab eruditiſſimo & ingenioſiſſimo Viro D. *Hans Sloane* M. D. ex propria obſervatione cùm in Inſula illa eſſet, certior factus ſum, *Barbadenſem Aloën* Aloes vulgaris *C. B.* ſuccum eſſe, non Aloës Americanæ *Dod.* ut antea ſuſpicabar. Ab aliis etiam admonitus *Succotrinam Aloën* ejuſdem originis eſſe, ut videre poſſis in Hiſtoria Plantar. D. *Raii*, (ex dictatis D. *Hermanni*) p. 1196. unde eas hoc modo diſpoſui in *Pharmacologia.*

At neque ſolus ſum in hac ſuſpicione, cùm ingenioſiſſimus Botanicus D. *Commelinus* in *Præludiis* ſuis *Botanicis*, p. 46. conciliare non poteſt differentiam odoris inter *Aloën Caballinam* & *Succotrinam*, quæ tanta eſt ut frequentibus lotionibus aliiſve modis *Caballina* à vehementi ingrato ſuo odore liberari nequeat, cum identitate ſpeciei. Unde rectè affirmat, ex

P 4 diver-

diverſis Aloës ſpeciebus ſucco amaro præditis, elici poſſe ſuccum vulgari ſimilem, & earundem virium: cujus verba hic tranſcribo: *Etiamſi variæ* Aloes *ſpecies exiſtunt, quæ ſuccum fundunt amarum, harum tamen unica eſt, quæ* Aloes vulgaris *à* C. Bauhino, *Dioſcoridis à* Fabio Colomna, *Arabica Socotrina Officinarum à* Moriſono *vocatur, & ab omnibus Botanicis veram* Aloem *fundens planta exiſtimatur, cujus ſuccus concretus in Officinis* Pharmaceuticis *Græco Latinoque* Aloes *nomine innoteſcit. Hic ſuccus triplex eſt, vel* Aloe Succotrina *(quæ &* Lucida *dicitur)* Hepatica *vel* Caballina *vocatur, quæ ſola duntaxat puritate impuritatéve, ut plurimorum eſt opinio, differunt; omnium puriſſima eſt* Succotrina, *quod nec ego inficior, ſed aliquam tamen dubitandi anſam geminæ aliæ* Aloës *ſpecies ſtatim indigitatæ exhibent, ut* Aloe Succotrina anguſtifolia ſpinoſa flore purpureo *Breynii, &* Aloe Guineenſis Caballinæ vulgari ſimilis, ſed tota maculata; *dum prioris ſuccus recens ſapori odorique* Aloes Succotrinæ, *alterius autem* Aloes Caballinæ *reſpondet; adde denique* Aloem Caballinam Officinarum *à fœtore illo ingrato, quem ſpirat, nullo artificio aut lotione liberari poſſe, quod factu, meo judicio, non eſſet difficile, ſi ſola impuritate à* Succotrina *differret: nullus tamen etiam dubito, quin ex variis* Aloes *ſpeciebus, ſuccum amarum continentibus, ſuccus* Aloes vulgaris *ſucco ſimilis, & quoad vires reſpondens, colligi poſſit.*

Cumque veriſimile ſit, *Succotrinam Aloen à* D. *Breynii* planta profluere; *Caballinam & Hepati*

*paticam* à *Commeliniana*, & *Barbadenſem* à *Vulgari Aloe*, ut antea dixi; omnes de novo inſerui.

## *V.* De *Yucca*.

*AB aliis differt, foliis quodammodo gramineis, acutis & pungentibus, floribus deorſum nutantibus plurimis in eodem caule; pediculis longis.* R. Meth. A. p. 193.

Yucca *Offic.* ſive Yucca Peruviana *Ger.* foliis Aloes *C. B. H. Ox.* ſive Jucca *Park. parad.* Indianiſch Brod / Jucca. In America ſponte oritur, apud nos autem in hortis. *Uſu.* Radix. *Vires.* De uſu ejus in Medicina nil invenio.

## *VI.* De *Cannacoro*.

*CUI flores oblongi, in ſpicam congeſti, è ſex vel ſeptem petalis linguæformibus, & trifoliato quaſi calice conſtructi, inſidentes pericarpio trigono echinato, in tres cellulas ſemina rutunda continentes diſtincto; folia lata, radix tuberoſa, nodoſa.* R. Meth. A. p. 117.

Sagittaria alexipharmaca *Offic.* Canna Indica radice alba alexipharmaca *Cat. Jammaic.* Indica anguſtifolia, pediculis longis ad imum folium, nodo ſingulari geniculatis *P. Al.* Arundo Indica anguſtifolia, flore rutilo, pediculis donata *H. Ox.* Agutiguepo-obi Braſilienſibus *Marg.* Acutiguepo-obi *Piſon.* Radix quædam in Malaca, quæ adverſus vulnera Sagittis toxico illitis facta, præſentaneum remedium eſt Garcies, *C. B.* Malaca quædam

toxicis Sagittis reſiſtens *J. B.* Pfeil-Kraut Spieß-Kraut. In hortis Jamaicæ ſeritur. *Uſu.* Radix ſuperius rotunda, ſubruffa, inferius fibrata. *Vires.* Alexipharmaca eſt inſignis; adverſus vulnera toxicis Sagittis facta laudatur.

## *VIII. De Galanga.*

Pag. 331. poſt lin 10. adde:

13. CAſſummuniar *Offic.* aliàs Ryſagon *Peach. Obſ.* Caſmunar *Marl.* Riſagon *Muſ. Reg. Soc.* An Zerumbeth, ſeu Zingiber rubrum, ſylveſtre, Ternatenſe *Camel. Syllab.?* Caſumunar / Runder Zittwer / Block-Zittwer. Ex India Orientali ad nos tranſportatur. *Uſu.* Radix, quæ tuberoſa eſt, ad pollicem aut amplius craſſa, in taleolas tranſverſas ſecta, ſuperficie circulis (ut in Galanga) quaſi geniculis notata, fuſca, intus flaveſcens, ſaporis amaricantis aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Moderatè calfacit & aſtringit: Partium eſt tenuium: Nervos roborat: Spiritus animales & vitales reficit, ventriculum confortat, flatus expellit. In Apoplexia, motibus convulſivis, Paralyſi, Tremore, Hyſterica paſſione, Hypochondriacis affectibus, Vertigine, & inteſtinorum Torminibus curandis Medicamentum eſt præſtantiſſimum. D. *Peachy* M. D. pro Corticis Peruviani correctorio eam commendat. Qui de viribus ejus plura ſcire deſiderant, D. *Peachy* & D. *Marlow* Obſervationes conſulant.

*IX. De*

## IX. De Aro.

Pag. 332. poſt lin. 10. adde:

2. DRacunculus major *Offic.* biſtorto folio *C. B.* major Matthioli *Ger.* Arum caule-ſcens Rumicis agreſtis foliis ſibi invicem implicatis Virginianum *P. P. Tab.* 271. *fig.* 1. major caulefcens Lapathi foliis *H. Ox.* Drachen- oder Natter-Wurtz / Schlangen-Kraut. In Virginia ſponte oritur. *Uſu.* Radix. *Vires.* Calfacit & ſiccat, prodeſt contra Orthopnœas, rupta, convulſa, tuſſim & deſtillationes. *Dioſc.*

## X. De Ariſaro.

*AB Aro differt floris formâ, qui tubus eſt ima parte clauſus, ſumma apertus, & in caputii modum incurvatus.* R. Meth. A. p. 75.

Ariſarum *Offic.* anguſtifolium Dioſcoridis fortè *C. B.* anguſtifolium *Ger. J. B. Chab.* longifolium *Park.* Arum humile anguſtifolium piſtillo longiſſimo, tenui, inflexo, mucronato *Herm. Cat.* Scorzoneræ folio *El. Bot.* Münchs-Kappe / klein Aron mit ſchmalen Blättern. In Italia ac Dalmatia reperitur. *Uſu.* Radix. *Vires.* Illitu nomas ſiſtit, *Dioſc.* Calfacit, ſiccat, incidit, aperit, abſtergit, digerit. *Galen.*

## XI. De Satyrio.

Pag. 333. lin. 2. ſubjunge:

DUÆ Satyrii ſpecies à *Dioſcoride* memorantur, quarum priorem his verbis deſcribit.

*Saty-*

*Satyrium aliqui Trifolium vocant, quoniam tria fert folia, ad terram infracta, Rumici aut Lilio ſimilia, minora tamen, ac rubra: caulem cubitalem nudum: florem Lilii effigie, candidum: radicem bulboſam, mali magnitudine, fulvam, intus ut ovum candidam, guſtanti dulcem, & ori non ingratam.* Alteram in hunc modum. *Eſt & alterum Satyrium Erythronium, ſive Erythraicon,* i. e. *rubrum, ſemine lini, majore, duro, lævi, ſplendente: quod fertur non ſecus atque ſcincus libidinem excitare. Cortice radicis gracili, rufo, intus autem albo, includitur, ſapore dulci, non ingrato ori.* Ab ejus temporibus non levis controverſia de hac ſtirpe, inter eruditos Medicos & Botanicos, exorta eſt; alii uni, aliis alteri plantæ id nomen accommodantibus; verùm plerique ex Orchidum familia eas eſſe volunt, cui opinioni *Officinæ* noſtræ conſentiunt; atque idcirco in priore meo libro radices haſce, quæ nunc pro Satyrio uſurpantur, eodem nomine inſignivi; quamvis eodem tempore non eram neſcius nonnullos Authores id nominis Orchidi palmatæ, alios Cynoſorchidi attribuere. Nunc ergo mutatâ ſententiâ, quænam *Dioſcoridis* Satyria ſint, mihi optimè demonſtratum videtur à *Parkinſono*, aliiſque; qui pro Tulipis ea habuere, ut quæ ſuperiùs recitatis deſcriptionibus omnium optimè convenit.

3. Cynoſorchis *Offic.* major *Ger.* prior J.B. latifolia hiante cuculo major *C. B.* prior Dodonæi flore copioſó, dilutè purpureo *Chab.* Orchis

Orchis major latifolia *Park.* latifolia hiante cucullo major *El. Bot. T. Inſt.* Hunds-Hoden. Stendelwurtz-Männlein. In locis herbidis circa Baſiliam. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum præcedentibus viribus convenit.

4. Serapias *Offic.* ſive Salep *Marl. Obſ.* Salep / Berghändlens-Wurtz. In Turcia reperitur. *Uſu.* Radix oblonga, alba pellucida, paulum compreſſa, & nonnihil corrugata. Sapore gummi Tragacanthæ referens, odoris nullius ex Turcia ad nos importatur. *Vires.* Analepticum inſigne habetur, Sterilitati opitulatur, Venerem ſtimulat, abortivum impedit, partum facilitat, Chocolatæ modo præparata eſt.

Quamvis formam externam, ſi ſpectes, ex Orchidum tribu meritò cenſeri poſſet, cujusnam tamen plantæ radix ſit inter eruditos adhuc ambigitur.

A. 5. Tragorchis *Offic.* maximus *Ger.* maxima *Park.* Orchis ſive Tragorchis maxima *Mer. Pin.* Saurodes ſive Tragorchis maximus *P. B.* barbata, odore hirci, breviore longioreque folio *C. B.* barbata, fœtida J. B. Orchis, Cynoſorchis, Satyrium *Chab.* Bock-Hödlein / Bocks-Küllcken / Geilwurtz. Solo pinguiſſimo naſcitur. Majo & Junio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum Satyrio viribus convenit.

A. 6. Triorchis *Offic. Ger.* alba odorata major & minor *Park.* vel Tetrorchis alba, odorata major *C. B.* alba odorata minor *Ejusd.* Orchis ſpiralis alba odorata minor *J. B. Chab.*

ſeu

ſeu Teſticulus odoratus *Mer. P.* ſpiralis autumnalis *P. B.* flore albo odorato *Ejusd.* Groß wolriechend Knaben-Kraut. In paſcuis ſiccioribus. Autumno floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum prioribus viribus convenit.

A. 7. Orchis palmata *Offic.* palmata pratenſis latifolia longis calcaribus C. B. palmata major mas ſive Palma Chriſti mas *Park.* palmata pratenſis major, ſive Palma Chriſti mas *Gerardi P. B.* ſive Palma Chriſti mas *Mer. Pin.* Palma Chriſti mas *Ger.* Palmata non maculata J.B. Satyrium Regium palmata *Chab.* Königlich Stendelwurtz-Männlein / Waſſerhändleins-Wurtzel. In pratis humidis & paluſtribus. Majo floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum reliquis viribus convenire videtur.

## *XII. De Orobanche.*

*Cujus flores figurâ ad Orchin accedunt; ut & diſpoſitione in ſpicam; verum ab Orchidis floribus in eo differunt; quòd unico petalo conſtant. Fructus etiam, ſemina minutiſſima continens, bivalvis eſt. Folia è radice nulla exeunt, quæque in caule ſunt rudimenta tantum foliorum eſſe videntur.* R. Meth. A. p. 92.

A. Orobanche *Offic. Chab.* flore majore *J. B.* major garyophyllum olens C. B. ſive Rapum Geniſtæ *Ger. Park.* Sonnen-Wurtzel / Sommer-Wurtz / Löwen-Schwantz. In glareoſis & aridis locis. Junio & Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Herba ſiccata & in pulverem trita præſens eſt ad Coli dolores remedium. Condi-

ta aut ejus Syrupus ad Splenicos & Hypochondriacos affectus uſus eſt eximii. Extrinſecus ad tumores duros & ſchirroſos mollienlos exhibetur. D. *Bowle.*

## XIII. De Squamata.

*Cujus notæ, Radices ſquamoſæ, flores in perianthio quadrifido maximam partem latitantes, galeâ rubrâ, barbâ tripartitâ lacteâ: ſemen rotundum, ſatis magnum, & per maturitatem nigrum.* R. Meth. A. p. 92.

A. Squamaria & Squamata *Offic. Volck.* Orobanche radice dentata major C. B. radice dentata, ſive Dentaria major Matthioli *Park.* Dentaria major Matthioli *Ger.* Anablatum Cordi ſive Aphyllon *J. B.* Cordi ſive Aphyllum ad Orobanchen accedens *Chab.* Zahn⸗kraut/Schuppen⸗Creutz⸗ oder Streubel⸗Wurtz/ Ohnblat. In umbroſis ſepium aggeribus. Aprili floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Conſolidat, glutinat, in Herniis & vulneribus, variiſque affectibus à fluxionibus ortis prodeſt.

Pag. 333. poſt lin. 14. adde:

## XV. De Bifolio.

*Cujus notæ, Radices fibroſæ, folia nervoſa & fere Plantaginea, bina in caule oppoſita, flores Orchidis, calcari carentes.* R. Meth. A. p. 121.

A. Bifolium *Offic.* ſylveſtre vulgare *Park.* majus vulgare *H. Ox.* majus ſeu Ophrys maior quibuſdum J. B. Ophrys *Chab.* bifolia C. B. *Ger.*

*Ger.* Orchis bifolia herbaceo flore major *Herm. Cat.* Zweyblat/ wilder Durchwachs. In ſylvis & dumetis. Majo & Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Adſtringit & glutinat, præcipue ad hernias & vulnera conglutinanda commendatur.

## *XVI. De Helleborine.*

*Cujus notæ, Folia nervoſa, radices fibroſæ, flores hexapetali Orchidis ſimiles, calcari carentes.* R. Meth. A. p. 121.

A. Helleborine *Offic. Ger.* latifolia montana *C. B.* Elleborine Dodonæi *J. B. Chab.* flore viridante *Park.* Breit-blätterig wild Nieß-Kraut/ Nieß-Wurtz. In ſylvis cæduis, lucis & opacis. Majo floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum Helleboro albo à quibuſdam viribus convenire creditur, ſed in Officinis noſtris raro aut nunquam reperitur.

---

# SECTIO XXIII.
De
# Herbis graminifoliis, non culmiferis, flore ſtamineo.

## *I. De Cypero.*

Pag. 335. pro 3. & 4ta Specie Cyperi, adde:

3. TRaſi *Offic. J. B.* Malinathalle Theophraſti *Chab.* Cyperus eſculentu[s] *R. H. p. 1301.* rotundus eſculentu[s] angu

anguſtifolius *C. B.* eſculentus ſive Traſi Italorum *Ger. emac.* dulcis rotundus eſculentus Traſi dulce vocatus *Park.* Süſſer wilder Galgan. In Italia & alibi naſcitur. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum prioribus viribus convenit.

4. Papyrus *Offic.* Nilotica J. B. *Ger.* Nilotica Alpina, *Berd* Ægyptiis dicta: *Biblos* Syriaca quorundam *Chab.* Nilotica ſive Ægyptiaca C. B. Antiquorum Nilotica *Park.* Cyperus Niloticus vel Syriacus maximus papyraceus *H. Ox.* Egyptiſch Pappier-Riedt. In Ægypto & Syria naſcitur *Uſu.* Caules. *Vires.* Ad laxandas fiſtulas utilis eſt. Aqua ex ſcapis recentibus deſtillata ad oculorum ſuffuſiones, caligines atque obſcuritates proficua eſt.

Ex Papyro olim chartæ fiebant ad ſcribendi uſum, conficiendi modum vide apud *Plinium*, *l. 13. cap. 11, 12.* Chartæ ex Papyro in deſuetudinem obierunt; novo chartarum artificio, Anno 1470, invento, conficiendi cujus modum videſis apud clariſſimum *Raium*, *p. 1302.* Ante chartarum uſum in Palmarum foliis primo ſcriptitatum, ut rectè obſervat *Plinius*, deinde in quorundam arborum libris. Et adhuc hodie ex Palma *Lantor* dicta Indos ſuam chartam parare ad ſcriptionem ſcribit *Linſchotanus*. *Lerius* in Provincia Mangi arborem eſſe ſcribit *Cal* nomine, folio grandi quod chartæ uſum præbeat in tota India. *Petrus Martyr* Chaldæos, literarum primos repertores; in arboris *Copeiæ* dictæ foliis primò ſcriptitaſſe refert. *M. Fumée* præter arbo-

rem *Copei*, eſſe aliam Guajabara dictam, in cujus foliis ſtylo vel aciculâ ſcriptitant Indi. Præter ſupradictas, varias arbores meminit *C. Bauhinus* in *Pinace*, *p*. 19. quæ pro papyro uſurpantur. *Attalus* (uti creditur) *Pergamenus*, animalium coria areſacta huic uſui adaptanda invenit.

## *II. De Junco.*

Pag. 336. lin. 17. ſubjunge:

A. 2. Oxyſchœnos *Offic.* Juncus acutus capitulis Sorgi *C. B.* pungens ſive Juncus acutus capitulis Sorgi *J. B. Chab.* maritimus capitulis Sorgi *Park.* Stechend groſſe See-Binſen. In maritimis. *Uſu.* Integra Herba, Semen.

A. 3. Holoſchœnos *Offic.* Juncus aquaticus maximus *Ger.* lævis maximus *Park.* maximus ſive Scirpus *C. B.* maximus holoſchœnos *J. B. Chab.* Scirpus altiſſimus *El. Bot.* Groſſe-Binzen. Bull-Binſen. In fluminibus & piſcinis majoribus. *Uſu.* Integra planta. *Vires.* Semen utriuſque toſtum ſiſtit alvum, rubra fœminarumque profluvia: Urinam ciet: Somnum conciliat. Planta tenera, convenienter illinitur adverſus Phalangiorum morſus *Dioſc.*

Pag. 337. poſt lin. 3. adde:

## *IV. De Sparganio.*

*Pilulis ſuis echinatis ſphæricis Platani pilulas æmulantibus, à reliquis ſui generis abundè diſtinguitur.* R. Synop. p. 277.

A Sparganium *Offic. Chab.* ramoſum *Ger. C. B. Park.* quibuſdam *J. B.* Butomos diſſectâ paniculâ vulgò Platanaria, quia pilulas habet Platani pilulis ſimiles *Bod. in Theoph.* Rieds Graß. Schwertel Ried. Igels-Knospen. Ad fluviorum ripas, inque paluſtribus frequens. Junio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Contra Serpentis venena cum vino datur. *Dioſc.*

## *V. De Typha.*

NOta *eſt florum effigies turbinata & in clavem compoſita.* R. Synop. p. 278.

A. Typha *Offic. Ger.* paluſtris major *C. B. J. B.* paluſtris ſeu major *Chab.* paluſtris maximus *Park.* Narren-Kolben. Waſſer Kolben/ Katzen Schwantz. In ſtagnis & ad rivulorum ripas. *Uſu.* Flos. *Vires.* Hujus herbæ flos ſuillo adipe eloto exceptus ambuſtis medetur.

## *VI. De Acoro.*

Pag. 338, lin. 3. ſubjunge:

2. ACorus Aſiaticus *Offic.* verus ſive Calamus aromaticus, Aſiaticus, radice tenuiore *Herm. Cat.* Aſiaticus radice tenuiore Hermanni *H. Ox.* Braſilienſis aromaticus minor, Capitatinga, aliis Jacarecatinga Piſonis *ejuſd.* verus Aſiaticus radice tenuiore, vel Calamus aromaticus Garziæ *P. Al.* Calamus aromaticus *Harz.* aromaticus orientalis folio & radice tenuiore *Act. Philoſ. Lond. n.* 274. *p.* 943. Capicatinga, aliis Jacarecatinga Acori

ſpecies *Piſ.* Va-embu *H. M.* Wahrer Calmus. Acker-Wurtz. Utriuſque Indiæ incola eſt. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

---

# SECTIO XXIV.

## De Herbis Culmiferis.

### III. De Zea.

Pag. 339. poſt lin. 20. adde:

AD præparationes hujus grani referendi videntur *Vermicelli* Genoæ facti ita dicti à ſimilitudine cum parvis Vermicellis filamentoſis: Duum ſunt generum, albi & lutei, inque Nobilium & Generoſorum culinis in juſculis & brodiis uſurpantur, & analeptici habentur.

Pag. ead. poſt lin. 31. adde:

*Tritici ſpecies eſt, glumis adeò arctè granis adhærentibus, ut eas triturando non deponat.* R. Meth. A p. 125.

Pag. 340. lin. 5. verbo [rarius] junge:

*Vires.* Plus quam Hordeum alit, ori grata Panis recens ſuavis eſt, & concoctu facilis. Halica, ex Zea præparata, in aceto cocta lepras tollit; unguium ſcabrities extricat; incipientibus Ægilopiis medetur. Decoctum Dyſentericis prodeſt. *Dioſc.*

2. Briza *Offic.* monococcos *Ger*, Zea Briza dicta

dicta, ſeu Monococcos Germanica *C. B.* monococcos, ſive ſimplex ſive Briza *Park.* monococcos Briza quibuſdam *J. B.* ſimplex & monococcos Briza *Chab.* St. Peters Korn. Spelt. Einkorn. In Germania ſeritur. *Uſu.* Semen. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

Ex Zeæ & Brizæ farina fit puls quem Crimnon Græci vocitant. Abundè alit, ſed ægrè conficitur: alvum vehementius adſtringit. *Dioſcorides.*

3. Olyra *Offic. Park.* Triticum Amylæum *Ger.* Zea Amylea ſive Olyra *C. B. Theat.* verna *J. B.* Deutſcher Reiß. Hammel Korn. In Germania ſeritur. Tarde metitur. *Uſu.* Semen in culinis Germanicis. *Vires.* Cum Zea viribus pollet, ſed minus aliquanto nutrit.

Fit quoque ex Olyra Crimnon.

## IV. De Hordeo.

Pag. 340 pro 2da Specie Hordei, adde:

2. ZEopyrum *Offic.* ſeu Tritico-ſpeltum *C. B. Theat.* ſive Trittico-ſpeltum Lobelii *Park.* Hordeum nudum *Ger.* nudum ſive Gymnocrithon *J. B.* nudum ſive Gymnocrithon Zeæ ſpecies & Zeopyrum quorundam *Chab.* Triticum æſtivum ſpicâ Hordei polyſtichii *H. Ox.* Nackte Gerſten. Weitzen Spelt. In Germania ſeritur. *Uſu.* Semen. *Vires.* Refrigerat, ut Hordeum, ſitim ſedat.

Pag. 341. lin. 18. ſubjunge:

## VII. De Phalaride.

SPica habit ore & è ſquamis compactili ab aliis diſtinguitur. R. Meth. A. p. 126.

* Phalaris *Offic. Ger. J. B. Chab.* vulgaris *Park.* major ſemine albo *C. B.* Canarien Graß. Canarien Saamen. In Hiſpania & Gallia Narbonenſi ſponte oritur. *Uſu.* Herba, Semen. *Vires.* Semen & Herbæ ſuccum pota ad veſicæ dolores & cruciatus commendant veteres. *R. H. p.* 1248.

Pag. 342. poſt lin. 10. adde:

## X. De Sorgo.

*CUlmi altitudine & craſſitie grani figurâ ad Milium accedentis, magnitudine, jubâ erectâ à Milio aliiſque frumentis paniculatis differt.* R. Meth. A.

Sorghum *Offic. Ger.* Sorghi *J. B.* Milium Indicum *Chab.* Milium Arundinaceum ſive Indicum ſemine ſubrotundo *C. B. Theat.* Arundinaceum, ſubrotundo ſemine, Sorgho nominatum *ejuſd. Pin.* Melica ſive Sorghum *Park.* Sorg Saamen. Indianiſcher Hirſe. In Italia ſeritur. *Uſu.* Culmorum medulla, flos. *Vires.* Medulla contra Strumas, Flores ad Dyſenteriam & Fluorem muliebrem commendat *Matth.*

## XI. De Lacryma Jobi.

*PAniculâ è glumis aceroſis, nullum poſt ſe granum relinquentibus, compoſitâ, ſeminibus perforatis,* ma-

*maximis, politi lævoris, & invictæ duritiei, à glumis ſeparatis ſeu remotis, culmis arundinaceis. ab aliis culmiferis facile diſtinguitur.* R. Meth. A. p. 126.

Lacryma Jobi *Offic. Ger. Park.* Job Cluſii *El. Bot.* Jobi vel Mariæ *Chab.* Jobi multis, ſive Milium Arundinaceum *J. B.* Milium arundinaceum, ſemine Lithoſpermi facie, maximo, duriſſimo *Herm. Cat.* Lithoſpermum arundinaceum fortè Dioſcoridis & Plinii C. B. Hiobs-Thränen. In hortis colitur. *Uſu.* Semen. *Vires.* Ad Calculum renum & veſicæ commendat *Lob.*

## XII. *De Avena.*

Pag. 342. poſt lin. 20. ſubjunge:

AMylum ex hujus ſemine paratum apud *Wallos* in cibis æſtimatur, & *Llummery* dicitur.

A. 2. Ægilops *Offic.* bromoides *Ger.* bromoides Belgarum *Park.* quibuſdam ariſtis recurvis ſive Avena piloſa *J. B.* Feſtuca utriculis lanugine flaveſcentibus *C. B.* Avena piloſa: Ægilops ariſtis recurvis quorundam *Chab* ſylveſtris piloſa ariſtis recurvis *H. Ox.* Haber Twalch. Wilder oder tauber Haber. Inter ſegetes frequens. *Uſu.* Semen, *Vires.* Cum priore convenit viribus.

## *XIII. De Feſtuca.*

GRamen eſt paniculatum locuſtis ſquamoſis & ariſtatis.

A. 1. Bromus *Offic.* ſterilis *Ger.* herba ſive Avena ſterilis *Park.* Ægilops *Chab.* Matthiolo fortè J. B. Feſtuca avenacea ſterilis elatior. *C. B.* Gauch-Haber. Taub-Haber. Ad ſepes & in agrorum marginibus. Majo menſe. *Uſu.* Herba. *Vires.* Exiccatoriam vim habet, gravem oris halitum emendat. *Dioſcorid.*

2 Feſtuca *Offic.* Italica *Ger.* altera capitulis duris *C. B.* ſive Ægilops Narbonenſis *Park.* ſive Ægilops altera capitulis duris *C. B. Theat.* Gramen ſive Feſtuca altera capitulis duris *Bot. Monſp.* Gerſten-Twalch. Italiäniſch-Twalch. In Italia, Gallia Narbonenſi, &c. vulgatiſſima. *Uſu.* Semen. *Vires.* Exſiccat adſtringendo citra calefactionem multam.

## *XIV. De Lilio.*

Pag. ead. lin. ult. ſubjunge:

A. 2. Phœnix *Offic.* Lolio ſimilis *J. B.* Lolium rubrum *Ger.* rubrum ſive Phœnix *Park.* Gramen loliaceum anguſtiore folio & ſpica *C. B.* Mäuſe Gerſte. Mäuſe Korn. Ad vias & in paſcuis. *Uſu.* Herba. *Vires.* Siccat & adſtringit, alvum menſeſque ſiſtit, urinam infrænat. Locis nonnullis pro jumentorum pabulo ſeritur.

## *XV.* De *Alopecuro.*

A *Spica molli ſericeâ, caudam vulpinam referente, dicta ſunt hæc gramina.* R. Meth. Gram. p. 173.

Alopecuros *Offic. Ger.* genuina *Park.* Gramen

men Alopecuros ſpica brevis *J. B. Chab.* Alopecuroides ſpica rotundiore *C. B.* Alopecurus ſpica rotundiore *ejuſd. Theat.* Voßenſtert. Fuchs-Schwantz. In Gallia & Italia reperitur. *Uſu.* Herba.

Pag. 343. poſt lin. 11. adde:

## XVII. *De Gramine Dactyloide.*

*A Spicis velut in digitos explicatis, non tantum nomen accipit, ſed à reliquis diſtinguitur.*

1. Gramen Mannæ *Offic.* mannæ eſculentum *Ger.* dactylon eſculentum *C. B.* Iſchæmon ſativum ſive Gramen Mannæ eſculentum *Park.* Graminis genus, dens caninus tertius, Gramen mannæ *Chab.* genus Dens caninus tertius, ſive Gramen primum vel Galli crus *J. B.* Manna Graß. Schwaden Graß. Himmel-Thau. In Germania, Polonia, &c. ſeritur. *Uſu.* Semina, quæ parva ſunt, oblonga, pellucida, coloris albi, ſaporis exigui, decorticata eſſe videntur inſtar Oryzæ. *Vires.* Oryzæ qualitates habet, mediocriter ventrem adſtringit, mammarum durities ſolvit; in cibis mediocriter alit. *Matth.* Admirandarum virium eſſe dicuntur ad Rachitidem puerorum perſanandam. Vide D. *Marlow* obſervationes de ſeminibus Ruſſicis.

Cujuſnam autem plantæ ſemina ſint inter eruditos hujus ſeculi non convenit, nonnullis Palmæ cujuſdam *Sago* cognatæ picem granulatam eſſe exiſtimantibus, aliis Graminis Mannæ ſemina; cum quibus & ego con-

ſentio, atque idcirco ea ſic collocavi & denominavi: qua in ſententia valdè confirmatus non ita pridem fui ab ingenioſiſſimo viro D. *Joanne Philippo Breynio* M. D. cui in peregrinatione ſua *Anglicana* cum *Brantriæ* me benevolè inviſeret, ea oſtendi.

A. 2. Gramen dactylon *Offic.* dactylon folio arundinaceo majus; aculeatum forte Plinio *C. B.* dactylon folio arundinaceo majus *Ejusd. Theat.* dactylon radice repente ſive Officinarum *T. Inſt.* dactyloides radice repente *Ger.* repens cum paniculis graminis Mannæ *J. B.* repens cum paniculis graminis Mannæ; Gramen dactyloides multis *Chab.* canarium Iſchæmi paniculis *Park.* Hahnen-Fuß Graß. In arvis & vinetis, locisque arenoſis. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum Gramine Canino viribus pollet.

## XVIII. De Arundine.

Pag. eadem pro 2. 3. 4. & 5ta ſpeciebus Arundinis adde:

2. **A**Rundo ſcriptoria *Offic. Ger. J. B.* ſcriptoria atro-rubens *C. B.* Harundo minor ſive Elegia *Park.* Schreib-Rohr. In locis humidis Græciæ, Italiæ, &c. *Uſu.* Calamus.

3. Arundo donax *Offic. Park* Cypria *Ger.* ſativa *C. B.* maxima & hortenſis *J. B. Chab.* Groß Rohr. Cyperiſch Rohr. In Italia, Hiſpania, &c. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum Arundine vallatoria viribus convenit. *Dioſc.*

4. A-

4. Arundo Tabaxifera *Offic.* Mambu *Piſon.* Indica maxima arborea cortice ſpinoſo Hermanni *Syen. in not.* arboreſcens Tabaxifera *C. B. Theat.* arbor in qua humor lacteus gignitur, qui Tabaxir Avicennæ & Arabibus dicitur *Ejuſd. Pin.* arborea Mambu vel Bambu dicta *P. Al.* Canna ingens Mambu vel Bambu dicta *Park.* Tabaxir Garciæ & Açoſtæ *Chab.* Bambu & Bambœs *Nienhov. Leg.* Ily *H. M.* Bambus Rohr. In Malabar creſcit. *Uſu.* Tabaxir. *Vires.* Propter vim inſignem medicamentoſam magni fit, & ab Arabibus, &c. avidè coëmitur.

A. 5. Gramen Arundinaceum *Offic.* arundinaceum paniculâ ſpadiceâ molli majus *C. B.* tomentoſum arundinaceum *Ger.* ſpicâ candidâ & ſerici modo lucens *J. B.* plumoſum Lobelii, ſpicâ candidâ & ſerici modo lucens *Chab.* Calamogroſtis ſive Gramen tomentoſum *Park.* Arundo ſylvatica elatior paniculâ molli & ſerici modo lucenti *H. Ox.* Ried-Graß. In ſylvoſis humidis. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum Arundine convenit.

## *XIX. De Calamo Sacchariferа.*

Pag. 344. lin. 12. adde:

2. ARundo farcta atro rubens *Offic.* farcta maxima atro rubens *C. B.* naſtos ſive farcta craſſa & major J. B. naſtos ſive farcta, craſſa & major: calamus Toxicus Theophraſti *Chab.* farcta decima *Park. icon.* Riet. Spaniſch-Rohr. Ex India & Syria adfertur.

3. A-

3. Arundo farcta flava *Offic. C. B.* farcta *Ger.* farcta nona *Park. icòn.* naſtos ſive farcta, ſeu toxica, & gracilis plicatilis *J. B.* naſtos, ſeu farcta, ſive toxica gracilis & plicatilis Indica *Chab.* Pfeil-Rohr. Ex Syria adfertur.

4. Arundo farcta Indica *Offic.* farcta Indiæ Orientalis Sanguinem Draconis manans *H. Ox.* Drachen-Blut Rohr. In India Orientali creſcit. *Uſu.* Succus è fructu Drachen-Blut in granis dicta.

Modus rubram materiam colligendi eſt, fructum in aqua calida macerare, donec materia illa rubra in fundo vaſis ſubſideat: unde aquâ aut evaporatâ aut effuſâ concretis ex fundo vaſis colligitur. Hæcce rubra materia ea eſt ex qua fit *Vernix* qua Ciſtæ & Pyxides *Chinenſes* obduci ſolent *H. Ox.*

5. Calamus odoratus *Offic.* aromaticus *Chab.* aromaticus Syriacus *C. B.* aromaticus verus quibuſdam *J. B.* aromaticus Matthioli *Park.* Arundo Syriaca aromatica foliis ex adverſo ſitis *H. Ox.* Calamus odoratus *Camel. Syllab.* Aromatiſch Rohr/Calmus. In India oritur. In Officinis noſtris Anglicanis nunquam occurrit.

SE-

# SECTIO XXV.

## De Herbis Anomalis ſeu incertæ Sedis.

### I. *De Tribulo aquatico.*

Pag. 344. lin. ult. verbo. *Nuces* adde:

HErba. *Vires.* Nuces dum recentes calculis juvant. Herba refrigerat & inſpiſſat, inflammationes ſedat, ulcera oris & gingivas ſanat.

### II. *De Stratiote.*

N*Ilo innatat Aizoi arboreſcentis foliis, pro radice tenuiſſima fibrarum filamenta in aquas demittens; Flores nulli vel nondum obſervati.* R. Meth. A. p. 129.

Stratiotes *Offic.* Ægyptia *J. B.* Ægyptia Dioſcoridis *Velling.* Ægyptia, Stratiotes Antiquorum *Chab.* aquatica vera Dioſcoridis & Ægyptiaca *Park.* Lenticula paluſtris Ægyptiaca, ſive Stratiotes aquatica foliis Sedo majore latioribus *C. B.* Waſſer Seegrün/Aegyptiſche Waſſer Linſe. In Nilo oritur. *Uſu.* Folia *Vires.* Refrigerat Sanguinem ſiſtit, inflammationes ſedat.

### III. *De Acantho.*

ACanthus ſylveſtris *Offic. Park.* ſylveſtris aculeatus *Ger.* aculeatus *C. B.* ſylveſtris ſive Branca Urſina ſpinoſa *Chab.* Carduus acan-

canthus ſive Branca Urſina ſpinoſa J. *B.* Wil de Bären Klau. In hortis Botanicis colitur, Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

## *IV.* *De Leontopetalo.*

*HUic radix tuberoſa ; flores Ranunculi , ſtellati, pentapetali* R. Meth. A. p. 129.

1. Leontopetalon *Offic. Ger. C. B. Chab.* quorundam J. B. foliis coſtæ ramoſæ innaſcentibus *T. Coroll.* Löwentap. Schwartze Riebe. In Apulia naſcitur, Serius floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Serpentium ictibus auxiliatur *Dioſc.* Digerendi facultatem & exiccandi, excalfaciendique poſſidet. *Galen.*

2. Cryſogonum *Offic. Ger. Park.* Dioſcoridis quibuſdam J. B. *Chab.* Leontopetalo affinis foliis Quernis *C. B.* Leontopetalo foliis coſtæ ſimplici innaſcentibus *T. Coroll.* Roth-Riebe. In Syria oritur. *Uſu.* Radix. *Vires.* Cum priore convenit.

Pag. 345. lin. ult. ſubjunge:

## *VI. De Perſicaria ſiliquoſa.*

*CAulis flavicans pellucidus , folia Mercurialis ; Flores flavi penduli calcari donati. Siliquæ breves per maturitatem diſſilientes & ſemina projicientes.*

A. Perſicaria ſiliquoſa *Offic. Ger.* Balſamina lutea ſive Noli me tangere *C. B.* Herba impatiens ſeu Noli me tangere , flores petalo luteo *H. Ox.*. Noli me tangere J. *B. Chab.* Mercurialis ſylveſtris, Noli me tangere dicta; ſi-

ve

ve Perſicaria ſiliquoſa *Park.* Wild Balſam-Kraut. Spring Saamen-Kraut. In hortis reperitur. *Uſu.* Herba. *Vires.* Vi diuretica inſigni pollet, ut Diabetem inducat. Facultate fertur periniciosa & deleteria. *Dod.*

## *VII. De Hypecoo.*

*CUjus notæ folia tenuiter diſſecta: Siliquæ longæ planæ articulatæ, in ſingulis internodiis ſingula ſemina longiuſcula continentes.* R. Meth. A.p.129.

1. Hypecoon *Offic.* C. B. *Chab.* ſiliquoſum J. *B.* ſiliquis erectis articulatis incurvis *H.Ox.* legitimum Cluſii *Park.* Cyminum corniculatum ſive Hypecoon Cluſii *Ger.* Horn-Kümmel. In Gallia Narbonenſi ſponte oritur. Majo floret. *Uſu.* Herba. Succus. *Vires.* Natura eadem quæ Papaveris ſucco *Dioſc.* Ejus ſuccus inſtar Opii ſomnum inducit. D. *Herm.*

2. Cuminum ſiliquoſum *Offic. Ger.* Hypecoi altera ſpecies C. *B.* Hypecoum alterum *Park.* Hypecoon ſiliquis propendentibus non articulatis bivalvibus incurvis *H.* Ox. Schotichter wilder Kümmel. In Hiſpania reperitur. Majo floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

## *VIII. De Epimedio.*

*CUjus notæ ſunt, Cauliculi in ternos ramulos, ramuli in ternos pediculos folia ſuſtinentes, Hederaceorum ferè figurâ, diviſi; flores tetrapetali geminati aut potiùs octopetali; ſiliquæ bivalves, tenues; ſemina compreſſa rotunda.* R. Meth. A. p.129.

Epimedium *Offic. Ger. C. B. Park.* Dodonæi

*El.*

*El. Bot.* quorundam *J. B.* quorundam floribus purpureis cum apicibus luteis *Chab.* Biſchoffs Hut. In Hortis apud nos reperitur. *Uſu.* Radix, Folia. *Vires.* Utraque conceptum adimit.

## XI. De Tribulo terreſtri

F*Olia huic Lenticulæ aut Ciceris; flores pentapetali; fructus muricati, è quinque velut triangularibus partibus compoſiti, quarum cuſpides in centro concurrunt, reliqui anguli in longam & acutam ſpinam exeunt.* R. Meth. A. p. 130.

Tribulus terreſtris *Offic. Ger. Park.* J. B. *Chab.* terreſtris Ciceris folio, ſeminum integumento aculeato *C. B.* Burtzel Dorn. In Italia reperitur. Julio floret. *Uſu.* Herba, ſemen. *Vires.* Refrigerat, inſpiſſat, inflammationes juvat, ulcera oris putredineſque gingivarum ſanat. Semen contra venena commendatur; ictos à Serpentibus recreat.

CLAS-

# CLASSIS TERTIA.
## SEU
# DENDROLOGIA.

## SECTIO PRIMA.
### De
## Arboribus caudice ſimplici non ramoſo.

### *I. De Palma.*

Pag. 346. poſt. lineam 26. adde:

PALMA oleoſa *Offic.* coccifera ex Guinea *C. B.* Guinea *J. B.* foliorum pediculis, fructu pruniformi luteo oleoſo *Cat. Jamaic.* Nucifera Guineenſibus incolis Palma Adyl *Jonſ. D.* Arbor Manicongo, Sambaancie Palma *Chab.* Nucula Indica altera *Park.* An Nucula *Ger. emac.* Palm- oder Oehl-Baum. In Guinea ſpontanea creſcit. *Uſu.* Oleum ſeu potiùs Unguentum craſſum Aurantii coloris, odore ſuavi, ex hoc fructu confectum ad hunc modum: Nempe carni è nucleis avulſæ, adjiciunt aquæ ferventis bonam partem; deinde jubent ut pulpa in lebete diu agitetur commiſceaturque exactè ſuper ignem, deinde remotum ab igne lebe-

tem tamdiu ſtare ſinunt, donec amurca omnis in fundum ſubſiderit; tandem oleum aquæ ſupernatans cochleari excipiunt: quo exhauſto aqua fervente iterum effusâ operationem repetunt. Eligenda eſt recens non rancidum, coloris Aurantii, odoris ſuavis, conſiſtentiæ Butyri. *Vires*. Extrinſecus Anodynum eſt, Nervos confortat, dolores Podagricos mitigat, laſſitudines juvat, contractiones relaxat.

3. Coccus *Offic. Nieremberg*. Palma Indica Nucifera Coccus dicta *R. H.* 1356. nucifera Indica major *Jonſ. D.* ducifera Americana major prima Cocoeire ſeu Coqueire *Ejusd.* Indica coccifera anguloſa *C. B.* nucifera arbor J. B. coccifera, ſeu Nux Indica, Indis Lub *Camel. Syllab.* Indica nucifera *Chab.* major coccifera *H. Beaum.* ſive Nux Indica vulgaris ferens coccos *Park.* Nux Indica & Cocci vocata arbor *Hern.* Indica *Chab.* Indica arbor *Ger* Indica vulgaris *Piſ. Mant.* Indica Coquo Luſitanis dicta *Bont. in Garc.* Inaja Guacuiba vulgò Coccos *Piſ.* Inaja-gacuiba cujus fructus Inaja-guaca *Marg.* Tenga *H. M.* Coco oder Coкus-Nuß-Baum. Utriuſque Indiæ alumna eſt *Uſu.* Fructus medulla, liquor arboris Suri dictus, liquor nucleo contentus. *Vires*. Liquorem ſeu Vinum Suri Phthiſicis mirò conferre aiunt, & valdè opportunum eſſe urinæ renumque vitiis laborantibus. E nucleis contuſis atque expreſſis lac extorquetur citra ignis operam, lumbricis enecandis utiliſſimum,

mum. Liquor nucleo contentus ſiti febribuſque extinguendis caloriqúe contemperando idoneus eſt. *R. H.*

4. Coccos de Maldiva *Offic. Park.* de Maldiva ſive Nux Indica ad venena celebrata *Chab.* Palma coccifera figura Ovali *C. B.* Nux Indica ad venena celebris ſive Coccus de Maldiva C. B. Tavarcare quibuſdam *R. H.* ſive Nux Maldivenſium *Piſ. Mant.* Maldiviſche Cocus-Nuß. In India Orientali reperitur. *Uſu.* Fructus magnus figura ovali, cortice nigro, medulla candida, poroſa, ſapore excellenti. *Vires.* Laudatur adverſus venena, ad Coli dolores, Paralyſin, Epilepſiam, alioſque nervorum affectus. Specificam qualitatem promovendi partum difficilem habet.

5. Ebenus Æthiopica *Offic.* Palma Haira *Park.* Americana ſpinoſa *C. B.* tota ſpinoſa major, fructu pruniformi *C. Jamaic.* Braſilienſis ſexta Airi *Piſ.* Portoricenſis ſpinoſiſſima vinifera *Hort. Beaum.* Palmæ facie Haira *J. B.* Ebenus *Chab.* Haira ſive Ayri *Jonſ. D.* Eben-Holtz/ Eben-Baum. In America frequens reperitur. *Uſu.* Lignum nigrum denſiſſimum. *Vires.* De viribus Ebeni vide pag. 435. Pharmacologiæ noſtræ.

In priore meo libro duas Ebeni ſpecies memini, quarum hodie uſus eſt inter mechanicos. Verum an utervis earum vera & genuina Antiquorum Ebenus ſit, adhuc controvertitur. *Dioſcorides* duas deſcribit ſpecies. Prima ex *Æthiopia* defertur *nigra, nullos*

*habens venarum diſcurſus, factitii cornus lævore: cum frangitur denſa apparet, mordens guſtu, atque aſtringens, &c. Altera ex India lineis candidis & fulvis intercurrentibus, eademque maculis prædita: cæterum prior bonitate antecedit.* Plinius in ejus deſcriptione inquit: *Rara eſt arbor, quam nullam aliam niſi Palmarum generis decuit.* Unde concludo Plantam quam hîc exhibeo Ebenum Æthiopicam eſſe, & illam *Helbigii* Indicam.

Ex quo hæc ſcripſi, veram Ebenum Indicam à D. *Camello* deſcriptam inveni: quæ cùm Baccifera ſit arbor in tribu illa inveniet Lector.

Pag. 349. lin. 15. ſubjunge:

Fructus hujus arboris inſignis etiam usûs eſt; à D. *Marloe* Nux Malabarenſis dictus Nuce Moſchata cui aliàs valdè ſimilis, major eſt, etiam compreſſus cum umbilico in medio, altera extremitate rotunda. *Vires.* Admirandarum virium eſt in Scrophulis curandis. Sanguinem corrigit, Humores noxios alterat; Hepar & Lienem emendat, facultatem digeſtivam reſtituit: totumque corporis habitum in meliorem mutat.

NB. Fructus immaturus vertiginem inducit, non ſecus ac ſi ſumpto vino quis ebrietatem contraxerit.

7. Sagou *Offic.* Palma prunifera Japonica *Herm. Cat.* Japonica ſpinoſis pediculis Polypodii folio *P. B. P.* Indica caudice in annulos protuberantes diſtinctio, fructu Bruniformi *R. H.*

*R. H. 1360.* vinifera Belgarum *Breyn. Prod. 1.* farinifera Japonica Sateeſou Japonenſis *Ejuſd. P. 2.* Palmam referens arbor farinifera *C. B.* Arbor farinifera *Park.* Todda-panna, ſeu Monta-panna *H. M.* Sagou-Baum / Indianiſch Brod. In India Orientali multis in locis naſcitur. *Uſu.* Fæces medullæ hujus arboris facilè ſolubiles Cari confecta quoad magnitudine referentes, ſapore aquoſo, colore ex fuſco albicante, odoris nullius. Hoc autem modo conficitur *Sagou.* Arbore deciſa & in taleas fiſsâ medulla ruſpando eximitur, quæ in mortario grandi piſtillo ligneo ſtrenuè contunditur; deinde aquâ probè commixtâ, per pannum percolatur, in alveum ſatis capacem, in quem ſubſtantia medullæ defluit. Levioribus duntaxat furfuribus & quiſquiliis in panno remanentibus, quæ ut inutiles abjiciuntur: Quod in alveum decidit ſubſidere permittitur, quod brevi fit: Dein aqua è fæcibus elutriatâ, ex iiſdem efformantur placentulæ, è quibus in clibano coctis Panis efficitur ſatis probus, ab Indigenis in inopia Orizæ eſitatus; vel eædem granulatæ & exſiccatæ in Europæas regiones transportantur. *Vires.* A nonnullis valdè nutritiva & analeptica habetur, omnisque generis fluxiones ſiſtere dicitur.

Utrum *Sagou* ſit medulla trunci aut gemmæ alicujus Palmæ ſeu Gummi arboris non amplius quæſtio eſt, medullam eſſe omnibus conſentientibus; verùm cujus generis Pal-

mæ nondum extra controverſiam eſt, inter Botanicos apprimè gnaros, aliis aliam & aliam arborem eſſe opinantibus. *C. Bauhinus* medullam gemmæ ſeu capitis Palmæ Regalis dictæ Barbadenſis ſeu Jamaicenſis Kohlbaum-dictæ referendis facit. Quod *Cluſius* & omnes noſtri nuperi peregrinatores negant, medullam trunci eſſe uno ore affirmantes. Neque hîc ceſſat controverſia; ſiquidem *Robertus Knox* nauclerus, qui per multos annos in *Ceylona* Inſula captivus detinebatur, medullam *Codda Panna* H. M. Talipot *Singalenſibus* dictæ eſſe aſſerit. In cujus ſententiam initio inclinabat eruditiſſimus vir D. *Johannes Raius*. Verum *Horti Malabarici* autoribus medullam *Toddæ Pannæ* eſſe ex qua *Sagou* conficitur affirmantibus; *Piſone* etiam & *Margravio* duas arborum ſpecies in *Braſilia* naſcentes, & utraſque Palmas deſcribentibus, quarum Medulla ad Panem conficiendum ab indigenis uſitata erat; obvium eſt conjicere plures Palmarum ſpecies *Sagou* præbere. Sed vera & genuina ſpecies è medulla *Toddæ Pannæ* conficitur ut D. *Raius* à D. *Tancredo Robinſon* M. D. certior factus eſt, qui ejus iconem inter alia rariora ad *Societatem Regiam Londinenſem* ex India Orientali transmiſſam in ejuſdem Societatis Muſéo, & nos etiam vidimus.

8. Chamærhiphes *Offic.* Chamærepis *Theoph.* Palma minor *C. B.* humilis ſeu Chamæriphes, ſive Palma humilis Hiſpanica ſpinoſa & non ſpinoſa *J. B. Chab.* folio plicatili ſeu flabelli-

formi

formi humilis *R. H. p. 1369.* humilis ſive Chamærrhiphes vel Palmites *Park.* Palmites ſive Chamærrhiphes *Ger.* Niedriger Palm-Baum/ Kleiner Palm-Baum. In Hiſpania, Luſitania; & Italia creſcit. *Uſu.* Bacca. *Vires.* Contra omnes fluxiones vi ſua adſtringenti commendantur. Folia ad Sportulas, Tegetes & Scopas parandas inciſa ſunt.

9. Palma Sanguis Draconis fundens altera *Offic.* foliis & caudice undique ſpinis longis acutiſſimis nigris armata D. *Scherard.* Ein ander Drachen-Blut-Baum. In Amboyna oritur. *Uſu.* Reſina è fructu exſtillans.

Ex quo librum priorem in lucem emiſi, literis aliquot ab ingenioſiſſimo illo Botanico D. *Guilielmo Scherard.* LL. D. nunc Conſule Societatis Mercatorum Turcicorum Smyrnenſium certior factus ſum, tres dari ſpecies arborum quæ Sanguinem Draconis præbent. 1. Illam *Cluſii* à me jam editam p. 463. libri ſupradicti quæ propriè Palma eſt, & huic Capiti inſeri debet. 2. Quam hic exhibeo, cujus fructus, *Fructui ſquamoſa Cluſii Exot. lib. 2. cap. 3.* ſimilis eſt, Nucis Myriſticæ circiter magnitudine, ſquamis tectus, inter quas & corticem continetur nucleus parvus, qui concuſſo fructu crepitat. 3. Draco arbor, &c. *Hort. Amſtel.* quam inter arbores ſiliquoſas diſpoſui. Pomet. etiam in *Hiſtoire de Drogues* pag. 259. tres Sanguinis Draconis ſpecies enumerat, quarum primam Indicam vocat, eſtque *Cluſiana:* 2dam, Canarienſem appellat,

cujus duas icones exhibet diverſarum arborum, quarum prima ſiliquoſa eſt foliorum anguſtiorum, quæ ſortè tertia eſt D. *Scherard.* 2dam foliis latioribus depingit, fructu Alkekengi referente. 3tiam *Pometus* falſam vocat & ex Hollandia allatam ait. Quin & *Camellus* S. J. duas Sanguinis Draconis ſpecies memorat, quarum primam *Sanguinis Draconis Officinarum* vocat, qui idem eſt cum *Cluſiano*, cujus gummi *Camellus* ſic deſcribit, *Pulveriſatus coloris eſt vilioris* Laccæ *aut* Boli *ordinariæ.* Unde eum Sanguinem noſtrum Draconis in maſſis ſeu glebis eſſe exiſtimo. Secundum *Sanguinis Draconis Pictorum Cinnabarin Dioſcorides* denominat, qui eſt *Sanguis* noſter *Draconis in guttis* ſeu *guttatus*; verùm cujus arboris ſuccus ſit non dicit, dubitat tamen an non producatur à quadam Arbore Peruviana à *Monarde* deſcripſa. Fortaſſe idem fuerit cum gummi quod à ligno Nephritico defluere dicit. Alia fortaſſe præter has Sanguinis Draconis ſpecies eſt cujus notitiam à D. *Hyde* habuit ingenioſus Botanicus D. *Jacobus Bobart*, à Canna ſeu Arundine hauſti, quam in Capite Arundinum in hoc libro diſpoſui. Verùm an differat à *Scherardina* 2da non auſim determinare: Quamvis enim in notis nonnullis deſcriptiones conveniunt, tamen adeò breves ſunt, ut de illis certò judicare aut definire non poſſimus.

Hujus fructum à D. *Scherardo* ex Hollandia, cum in itinere eſſet verſus Smyrnam accepi

&

& fragmenta quædam ipſius gummi, admodum puri & cum puriſſimo Sanguine Draconis in guttis colore convenientis.

## *II. De Muſa.*

1. MUſa *Offic.* Serapionis *Ger.* arbor *J. B. Park.* caudice viridi, fructu longiore, falcato, anguloſo *Cat. Jamaic.* aut Amhuſa Arabibus, & Perſis Daracht *Chab.* Muza ex flore Sinenſi *Jonſ. D. icon.* Palma humilis longis latisque foliis *C. B.* Ficus Indica fructu racemoſo foliis oblongis *ejusd.* Indica racemoſa foliis & fructu ampliſſimis, Muſa Arabibus dicta *P. Alm.* exotica cruciata *Sterb. Cit. cult.* Ficoides ſive Ficus Indica longiſſimo latiſſimoque folio, Muſa Serapionis dicta *H. Beaum.* ſeu Ficus Indica longiſſimo latiſſimoque folio, fructu longiſſimo, Muſa Serapionis dicta *Herm. Cat.* Bala *H. M.* Bananiera *Piſ.* Banana Braſilienſibus *Marog.* Plantain-Baum/Muſa-Baum. Utriuſque Indiæ incola eſt. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Multum nutrit, Urinam cit, Venerem ſtimulat.

2. Banana *Offic.* Muſa, caudice maculato fructu recto, rotundo breviore odorato *Cat. Jamaic.* Ficoides ſeu Ficus Indica longiſſimo latiſſimoque folio, caule maculato, fructu minore *H. Beaum.* Senoriæ *Jonſ. D.* Pacoeira *Piſ. Marog.* Bonana-Baum. In America colitur. *Uſu.* Fructus, *Vires.* Cum priore viribus convenit.

# SECTIO SECUNDA.

## Arbores fructu à flore remoto Glandiferæ.

Pag. 352. poſt lin. 13. adde:

### *III. De Fago.*

*NOtæ ſunt, nux duplex triquetra eidem tegumento incluſa, aſpero, hirſuto, quadripartito.* R. Meth. A. p. 140.

A. Fagus *Offic. C. B. Ger. Park. Chab.* Fagus Latinorum, Oxya Græcorum *J. B.* Büche/ Buch-Baum / Büchen-Holtz. In meridionalibus Angliæ frequens. Autumno fructum fert. *Uſu.* Folia. *Vires.* Tuſa & impoſita calidis tumoribus proſunt easque diſcutiunt, & torpentia membra corroborant. Eſitata labiorum, gingivarùmque vitiis mirificè opitulantur. *Matth.*

### *V. De Quercu.*

Pag. 353. poſt lin. 8. adde:

2. PHagus & Eſculus *Offic.* vel Eſculus *J. B. Chab.* ſive Eſculus *Park.* Quercus parva ſive Phagus Græcorum & Eſculus Plinii *C. B.* Eßbare oder ſüſſe Eichel. In Græcia & Dalmatia reperitur. *Uſu.* Cortex, Folia, Glandes, Caliculæ. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

3. Cerrus & Ægilops *Offic.* Cerrus, Corris, Ægilops Idæorum, Aſpris Macedonum, &

Far-

Farnia Italorum *Chab.* Cerrus Ægilops Aſpris Theophraſti putata *J. B.* Cerris majore glande *Ger.* Ægylops ſive Cerrus mas majore glande *Park.* Quercus calyce echinato glande majore *C. B.* Cer⸗Eichel/ bittere Eiche. In Italia naſcitur. *Uſu.* Radix, Folia, Cortex, Glandes. *Vires.* Radix Scorpionibus adverſatur, Folia, Cortex & Glandes fluxiones ſiſtunt.

4. Robur *Offic.* tertia Cluſii *J. B.* ſive Galla major altera *Ger. emac.* ſive Quercus cum gallis *Chab.* cum galla majore rugoſa *Park.* Quercus gallam exiguæ nucis magnitudine ferens *C. B.* Groß Gall⸗Apffel⸗Baum / Hag⸗Eiche. In Iſtria & Pannonia creſcit. *Uſu.* Gallæ ſeu tubercula excrementitia, nidus cujusdam Inſecti rotundi.

## *VI. De Ilice.*

*Cujus Notæ, Folia dentata aut aculeata, perpetua.* R. Meth. A. p. 140.

Pag. 353. poſt lin. ult. adde:

2. Smilax arborea *Offic.* Arcadum glandifera major *Park.* glandifera arbor *Chab.* Dalechampii *J. B.* Ilex arboræa *ejusd.* & *Chab.* major glandifera *Ger.* major aculeata & non aculeata *Park.* oblongo ſerrato folio *C. B.* folio rotundiore molli modiceque ſinuato, ſive Smilax Theophraſti *ejusd.* Groſſe Scharlach⸗Eiche / Stech⸗Eiche / Stein⸗Palme. In Italia & Gallia Narbonenſi frequens occurrit. *Uſu.* Cortex, Folia, Glans. *Vires.* Vehementiùs aſtringit Ilex quàm Quercus.

3. Phellodrys *Offic. Chab.* alba latifolia & anguſtifolia *Park.* candicans latifolia, molliter aculeata & candicans anguſtifolia ſerrata *C. B.* Nigra Dalechampii *J. B.* Lorbeer-Eiche/ Corck-Eiche. In Dalmatia & Græcia reperitur. *Uſu.* Folia, Cortex, Glans. *Vires.* Cum Quercu viribus convenit.

## Arbores fructu à flore remoto Coniferæ.

### *VIII. De Abiete.*

Pag. 356. lin. 5. ſubjunge:

AB ingenioſo amico meo D. *Davide Krieg* M. D. certior factus ſum ſolam differentiam inter Reſinam & Picem Burgundicam eſſe in coctione Picis Burgundicæ, ex aheno exemptæ cum primum bullire incipit, atque idcirco mollior eſt, & coloris magis brunnei. Hoc obſervavit in *Saxonia* ſolo ſuo natali.

### *IX. De Pinu.*

Pag. 357. poſt lin. 10. adde:

3. PInus maritima *Offic.* ſylveſtris montana *Ger.* maritima major *ejusd.* & *C. B.* maritima Theophraſti Lobelio *J. B. Chab.* ſylveſtris maritima, conis firmiter ramis adhærentibus *ejusd.* & *J. B.* Meer-Fichten. In Gallia Narbonenſi oritur. *Uſu.* Cortex, Folia, Reſina. *Vires.* Cum præcedentibus viribus convenit.

Pag.

Pag. 359. poſt. lin. 16. adde:

## *XIV. De Arbore Vitæ.*

*Notæ ſunt Folia ſquamatim incumbentia, ramuli compreſſi, conuli oblongi è ſquamis compoſiti.* R. Meth. A. p. 138.

Arbor vitæ *Offic. Ger. Park.* vitæ ſive Paradiſiaca *Chab.* vitæ ſive Paradiſiaca vulgò dicta, odorata ad Sabinam accedens J. B. Thuya Theophraſti C. B. Baum des Lebens. Americæ incola eſt, apud nos autem in hortis curioſorum reperitur. *Uſu.* Folia. *Vires.* Digerit & abſtergit, partium eſt tenuium.

## *XV. De Alno.*

*Arbor eſt Julifera, fructu ſquamoſo conoide, folio Coryli.* R. Meth. A. p. 138.

A. Alnus *Offic. Ger. Chab.* vulgaris J. B. *Park.* rotundifolia glutinoſa viridis C. B. Erlen- oder Elſen-Baum/Eller-Baum. In aquoſis gaudet. *Uſu.* Cortex, Folia. *Vires.* Cortex ſiccat & aſtringit. Folia viridia impoſità tumores diſcutiunt & inflammationes reſtinguunt. Traumatica ſunt internè ſumpta.

Arbo-

# Arbores flore à fructu remoto Bacciferæ.

## XVII. De Junipero.

Pag. 360. lin. ult. ſubjunge:

2. JUniperus major *Offic.* major baccâ cœruleâ *C. B.* maxima *Ger.* maxima Illyrica *Park. J. B. Chab.* Wachholder-Baum / Kranmet-Baum. In Græcia provenit. *Uſu.* Lignum, Baccæ. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

## XVIII. De Oxicedro.

*NOtæ ſunt Folia Cupreſſina; terna in unoquoque acino oſſicula dura.* R. Meth. A. p. 141.

1. Oxycedrus *Offic.* Lycia *Ger.* Cedrus folio Cupreſſi major, fructu flaveſcente C. B. folio Cupreſſi media majoribus baccis, & folio Cupreſſi minor *ejusd.* Lycia retuſa Bellonio dicta J. B. ſive Oxycedrus Lycia *Chab.* Phœnicea folio Cupreſſi *Park.* Juniperus folio Cupreſſi major fructu flaveſcente *Herm. Cat.* major Dioſcoridis Cluſio *P. Al.* folio Cupreſſi media majoribus baccis teretifolia *ejusd.* Ceder-Baum aus Phœnicia. Ceder-Baum mit groſſen Beeren. In Hortis Botanicorum reperitur. *Uſu.* Lignum, Bacca. *Vires.* Cum Junipero ut in externa facie, ita in viribus convenit.

In

In priori meo libro Olibanum exhibui inter minùs cognita, & varias Autorum de Arbore Thurifera opiniones recenſui. Poſt evulgatum illud Opuſculum, Autorem quendam vidi qui diſerte affirmat, Arborem hanc in *Carolina* gummi præbere adeò ſimile vero Olibano ut cùm caſu quodam miſcuiſſet particulas gummi à ſe ibi collectas, cum Olibano ab *Europa* allato, tantùm fuiſſe eorum ſimilitudinem obſervavit, ut particulas earum à ſe mutuo ſeparare non potuerit, undè concludit hanc Arborem eſſe quæ Olibanum producit.

2. Sabina baccifera *Offic. Ger. Park. J. B.* baccifera major *Park.* folio Cupreſſi *C. B.* folio Cupreſſi altera *ejusd.* Cedrus baccifera fructu minore cœruleo *R. H.* Juniperus Alpina, Sabinam referens *P. Al.* Beeren-tragend Sage-Baum / Sewen-Baum. In hortis curioſorum nonnunquam colitur. *Uſu.* Folia. *Vires.* Cum Sabina viribus convenire creditur.

## XIX. De Taxo.

*NOtæ ſunt, Folia molliora, ſaturo virore prædita, pectinatim circa ramulos diſpoſita; Baccæ unicum intus granum continentes.* R. Meth. A. p. 141.

A. Taxus *Offic. Ger. C. B. J. B. Park. Chab.* Eiben- oder Iben-Baum / Taxus-Baum. In montoſis ſylvis & ſepibus. Quæ de facultate venenoſa & lethifera hujus arboris apud veteres habentur, an vera ſint necne contraria

ria recentiorum experimenta dubium faciunt. *R. Synop. vid. ejuſd. Hiſt. p. 1416.*

## Arbores flore à fructu remoto Lanigeræ.

### *XX. De Populo.*

Pag. 361. poſt. lin. 14. adde:

2. A. Populus alba *Offic. Ger. Park. Chab.* alba folio majore *Jonſ. D.* alba λεύκη J. B. alba (quæ λεύκη ab albedine dicitur) majoribus foliis C. B. Weiß Pappel-Baum/weiß Pappel-Weiden. In aquoſis gaudet. *Uſu.* Cortex. *Vires.* In dolore Iſchiadico, intus & extra, in Stranguria, & in ambuſtis adhibetur. *R. Synop.*

A. 3. Populus tremula *Offic. C. B.* tremula ſive Libyca *Jonſ. D.* Libyca *Ger. Park.* Libyca Plinii, κερκὶς Theophraſti J. B. Libyca Cercis Theophraſti *Chab.* Lybiſcher Pappel-Baum/ Zitter-Pappeln / Aſpen oder Eſpen. In ſylvis & locis uliginoſis. *Uſu.* Folia. *Vires.* Cum Populo nigro viribus convenire creditur.

### *XXI. De Salice.*

Pag. eadem lin. ult. adde:

A. 2. Salix rubens *Offic.* vulgaris rubens *C. B.* anguſtifolia purpurea ſeu nigra *Park.* rubra minimè fragilis folio longo anguſto *J. B. Jonſ. D. Chab.* folio utrinque glauco, viminibus rubris *C. C. Cat. Angl.* Roht Weiden-Baum. In aquoſis gaudet. *Uſu.* Folia, Cortex. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

A. 3. Salix helice *Offic.* helice Theophraſti *Park.* roſea *ejuſd.* roſea Anglica *Ger.* humilis capitulo ſquamoſo *C. B.* tenuior, folio minore utrinque glabro fragilis *J. B. Jonſ. D. Chab.* humilior foliis anguſtis ſubcœruleis ex adverſo binis *R. H. R. Synop.* Gelbe Baum Weiden. Kleine Weiden. Juxta torrentes creſcit.

A. 4. Salix nigra *Offic.* folio Amygdalino utrinque virente aurito *C. B. Jonſ. D.* Spontanea Amygdalino folio fragilis auriculata *J. B. Chab.* viminalis nigra *Park.* folio ſplendente auriculato flexilis *C. C. Cat. Angl. R. H. R. Synop.* Glänzende Weiden. Glaß Weiden. In Salicetis reperitur.

## Arbores flore à fructu remoto Vaſculiferæ.

### XXII. *De Oſtry.*

N*Otæ cujus ſunt, Putamen fructûs alatum ſeu ligulâ foliaceâ auctum; folia Ulmi aut Fagi.* R. Meth. p. 140.

A. Oſtrys *Offic.* ſive Oſtrya *Park.* Oſtrya Ulmo ſimilis, fructu in umbilicis foliaceis *C. B. Jonſ. D.* Fagus ſepium *Chab.* ſepium vulgò, Oſtrys Theophraſti J. B. Carpinus Matthioli *Herm. Cat.* Betulus ſive Carpinus *Ger.* Aceri cognata foliis oblongis rugoſis ſerratis, ad Ulmum accedentibus, vaſculis disjunctis, membranis foliaceis, ſeminibus ipſis appoſitis pluribus confertis *P. Al.* Heck- oder Hage-Büchen. Stein-Büchen. In ſylvis & ſepibus.

De Uſu ejus in Medicina nihil invenio apud Authores.

## SECTIO III.

## De Arboribus flore fructuque aggregato.

### I. De Ficu.

Pag. 362. poſt lin. 28. adde:

2. Caprificus *Offic.* *Ger.* *Park.* J. B. Ficus ſylveſtris Dioſcoridi *C. B.* ſylveſtris, ſive Caprificus *Jonſ.* D. Wilder Feigen Baum. In Græcia aliiſque calidis locis reperitur. *Uſu*, Fructus, *Vires*, Cum Sativa viribus convenit.

3. Ficus Indica *Offic.* J. B. Indica Orientalis *Jonſ.* D. Indica, Arbor radicum Indiæ *Chab.* Indica arcuata *Park.* Indica foliis Mali Cotonei ſimilibus, fructu ficubus ſimili, ex Goa *C. B.* Arbor ex Goa ſive Indica *Ger.* Katou-Alou *H. M.* Indianiſcher Feigen-Baum. In India Orientali oritur. *Uſu*, Fructus. *Vires*, Cum Sativa viribus pollet.

4. Sycomorus *Offic.* J. B. *Ger.* *Chab.* Ægyptia *Jonſ.* D. ſive Ficus Ægyptia *Park.* Ficus folio Mori Fructum in caudice ferens *C. B.* Egyptiſcher Feigenbaum. Maulber Feigen / Adams Feigen. In Ægypto & alibi reperitur. *Uſu*, Fructus, Lacryma. *Vires*, Fructus refrigerat; & humectat, ventriculum laxat, & ſub-

ſubvertit; tumores duros ſanat. Lacryma peſti & venenis adverſatur.

5. Ficus Cypria *Offic. J. B.* folio Sycomori, fructum non in caudice gerens *C. B.* ſylveſtris Cretica folio non diviſo leviter crenato *T. Coroll.* Sycomorus Cypria *Chab. Jonſ. D.* altera ſive Ficus Cypria *Park.* Cypperiſcher Feigenbaum. In Inſula Cypro naſcitur. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Cum priore convenit.

Pag. 366. lin. 3. ſubjunge:

## *V. De Alypo.*

ALypum *Offic.* montis Ceti *Ger.* Monſpelienſium ſive Herba terribilis *Park.* Monſpelienſium ſive frutex terribilis *J. B.* Frutex terribilis. Empetrum, Alypum monſpelienſium *Chab.* Thymelæa foliis acutis capitulo Succiſæ *C. B. Jonſ. D.* Scabioſa fruteſcens Myrtifolia, flore cœruleo villoſo *P. Al.* Globularia fruticoſa Myrtifolio tridentato *El. Bot.* Zungen-blat. Kellers-Hals mit ſpitzigen Blättern. In monte Ceti oritur. *Uſu.* Folia. *Vires.* Vim catharticam vehementem obtinet, nec minus violenter purgat bilem, pituitam & aquas quam Tithymalus J. B.

# SECTIO IV.

## De Arboribus fructu umbilicato.

## De Pomiferis umbilicatis.

### IV. De Sorbo.

Pag. 369. poſt lin. 18. adde:

A. 2. Ornus *Offic.* ſive Fraxinus ſylveſtris *Park.* Sorbus aucuparia *J. B.* aucuparia, Ornus aucuparia *Chab.* ſylveſtris ſive Fraxinus bubula *Ger.* ſylveſtris foliis domeſticæ ſimilis *C. B.* ſylveſtris pinnatis anguſtioribus foliis, undique glabris fructu parvo miniato *P. Al.* Ebereſchen Baum. Vogelbeer-Baum. In montoſis & uliginoſis oritur. Majo floret. Septembri fructum maturat. *Uſu.* Fructus. Liquor è vulnere exſtillans. *Vires.* Fructus Hydragogum egregium præbet, in Scorbuto ſanando aptum, D. *Needham.* Liquor aſſiduè potus ad Scorbuticos & ſpleneticos affectus à nonnullis commendatur. *R. H.*

### V. De Meſpilo.

Pag. 370. poſt lin. 6. adde:

A. 2. Aria *Offic.* Theophraſti *Ger.* Sorbus Alpina *J. B. Chab.* ſylveſtris Aria Theophraſti dicta *Park.* Meſpilus Alni lanato folio

lio major *Herm. Cat.* Alni folio ſubtus incano Aria Theophraſti dicta *R. Synop.* Alni effigie, lanato folio, major, *C. B.* Meelbeer-Baum. Wild Sperber-Baum. In montibus ſylvoſis & petroſis. Aprili floret. *Uſu.* Fructus, *Vires.* Tuſſes Jujubarum inſtar lenit; & ſputum promovet.

3. Dioſpyrus *Offic.* J. B. Meſpilus Alni lanato folio minor *Herm. Cat.* folio rotundiore, fructu nigro ſubdulci *El. Bot.* Alni effigie lanato folio minor C. B. *Jonſ. D.* Pyrus cervina Italis, *R. H. p.* 1461. Vaccinia alba *Ger.* Vitis Idæa tertia Cluſii *Park.* Weiſſe Heidel-Beer. In Alpibus & montoſis. Majo floret. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Cum præcedente viribus convenit.

4. Pyracantha *Offic. Park.* quibuſdam *J. B.* ſeu Oxyacantha quibuſdam *Chab.* Oxyacantha Theophraſti *Ger.* Dioſcoridis ſive Spina acuta Pyrifolio *C. B.* Meſpilus Pyrifolia *Jonſ. D.* Spinoſa Pyrifolia *Herm. Cat.* aculeata Pyrifolia *El. Bot.* Weiß-Dorn. Hagedorn. In hortis colitur. *Uſu.* Baccæ. *Vires.* Cum Spina alba viribus convenit.

## VI. *De Cratego.*

F*Oliis laciniatis, floribus eoſque ſequentibus fructibus umbellatim congeſtis, oſſiculis intus duris à reliquis differt.*

A. 1. Sorbus torminalis *Offic. Ger.* torminalis ſeu vulgaris *Park.* torminalis & Crategus Theophraſti J. B. torminalis Plinii Crategus

Theophraſti *Chab.* Meſpilus Apii folio ſylveſtris non ſpinoſa, ſeu Sorbus torminalis *C. B.* Apii folio ſylveſtris non ſpinoſa, aliis Sorbus torminalis Cratægus Theophraſti *Jonſ. D.* Wilder Sperber-Baum. Eltzen-Baum. In Sepibus. Majo flòret, Septembri fructum maturat. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Refrigerat & adſtringit, fluxus alvi ſiſtit.

2. Aronia *Offic.* Meſpilus aronia *Ger.* aronia veterum *J. B. Chab.* aronia ſive Neapolitana *Park.* Apii folio laciniato *C. B. Jonſ. D.* folio laciniato ſpinoſa fructu majore eſculento *R. H. p.* 1458. Azarolen. Miſpilen mit drey Steinen. Welcher Neſpelbaum. In hortis curioſorum aqud nos colitur. Majo floret. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Moderatè alvum conſtringit.

## *VIII. De Arbore Febrifuga Peruviana.*

Pag. 373. lin. 3. ſubjunge:

PEruviani Corticis uſus in Officinis probè cognitus eſt. Verum cujuſnam arboris ſit, eruditis nondum ſatisfactum eſt. In priori meo libro varias de ea opiniones, quæ mihi tum occurrebant exhibui. Poſt opuſculum illud editum, in *Itinerario Waferi* qui profeſſione Chirurgus erat, invenio ſequentem de eo narrationem.

Aricæ (inquit Autor iſte) in Peruvia magnam

gnam hujus Corticis quantitatem vidî, & ab Hiſpano quodam edoctus ſum corticem fuiſſe arboris *Mangles* aquarum dulcium quæ in lacu magno regionis iſtius naſcebatur.

Verum Hiſtoria ſeu Relatio hæc multum ſuperatur ab alia in *Actis Philoſophicis Londinenſibus* N. 290. tradita à D. *Guilielmo Oliver*, M.D. ab ingenioſo Pharmacopœo *Gadibus* in *Hiſpania* degente, qui in Peruvia diu vixerat, eùmque corticem ſæpius collegerat, accepta: quam quoniam Arboris deſcriptionem continet, Latinam facere & huc transferre non gravabor.

Cortex Peruvianus ab arbore deſumitur Pruni circiter magnitudine, foliis hederaceis, ſed paulo minoribus, ſemper virentibus. Autumno colligitur, & cortex circumcirca delibratur tam trunci quam ramorum, qui quatuor menſium ſpatio iterum ſuccreſcit Suberini in modum. Fructum fert Caſtaneæ non abſimilem (excepta exteriore teſta ſeu tegmine) qui propriè appellatur China-China, & ab indigenis pluris æſtimatur quàm Cortex à trunco aut ramis detractus.

## IX. De Opuntia.

*Notæ ſunt, Fructus carnoſus, pulpâ humidâ, multa ſemina includens. Verum ab aliis quibuſcunque plantis abundè deſtinguitur ex modo naſcendi; folio enim plantatur, & ex meris foliis, aliis ex foliis enaſcentibus, conſtat. Flos etiam & fructus è folio emergit.* R. Meth, A, p. 144.

1. Opuntia *Offic.* vulgò Herbariorum *J. B.* Ficus Indica *Ger.* Indica major *Park.* Indica folio ſpinoſo fructu majore *C. B.* Indica *Tuna* dicta, ſive Opuntia ſola hirſutie pungens *P. Al.* Tuna Indorum *Jonſ. D.* Stachlichte Indianiſche Feigen. In utraque India naſcitur. *Uſu.* Fructus, folia. *Vires.* Refrigerant & humectant, Febres ardentes extinguunt, ſitim ſedant.

2. Cochinillifera *Offic.* Ficus Indica major lævis ſive non ſpinoſa, Vermiculos quos Cochinilla vocant proferens *P. P. Tab.* 281. *Fig.* 2. Arbor Cochenilie *Duret.* Nocheznopatli ſeu Nopalnocheztli in quo Coccus Indicus naſcitur *Hern.* Nepalnocheteli ſeu Nochetzli Nopalli *Jonſ. D.* An Opuntia maxima, folio oblongo rotundo majore, ſpinulis obtuſis mollibus & innocentibus obſito, flore ſtriis rubris variegato *Cat Jamaic.* Côchinillen Baum. In America reperitur. *Uſu.* Vermiculi; de quibus vide *Pharmacologiam noſtram*, p. 491. & *Act. Philoſoph. Lond.* N. 193. & N. 292.

## Bacciferæ Umbilicatæ.

### *X. De Loto arbore.*

A *Ceraſo differt foliis Urticæ quodammodo ſimilibus, fructibus in ſingulis foliorum alis ſingulis, cum in Ceraſo plures ex eodem nodulo ſeu gemma erumpant, carne paucâ; oſſiculo velut quadripartito.* R. Meth. A. p. 150.

Lo-

Lotus arbor *Offic. Ger. Park.* Lotus fructu Ceraſi *C.* B. arbor fructu Ceraſi J. B. *Chab.* domeſtica *Jonſ. D.* Lotus-Baum. Neſſel-Baum. In Italia & Francia reperitur. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Adſtringit & alvum ſiſtit, maturus minus. Decoctum Dyſentericis Fœminiſque profluvio laborantibus confert.

Pag. 374. lin. ult. ſubjunge:

## XV. *De Vaccinio.*

F*Rutice parvo, flore urceolum referente, fructu humido parvo, non racematim naſcente, innoteſcit.* R. Meth. A. p. 145.

1. Vitis Idæa *Offic.* foliis carnoſis & velut punctatis *Jonſ. D.* Idæa foliis carnoſis & velut punctatis, ſive Idæa radix Dioſcoridis *C.* B. Radix Idæa putata, & Uva Urſi J. B. *Chab.* Vaccinia Urſi ſive Uva Urſi apud Cluſium *Ger. emac.* Uva Urſi Galeni Cluſio *Park.* Spaniſche Staudel-Beer. Heidel-Beer. In Italia, &c. reperitur. Majo floret. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Alvum menſeſque & omnem abundantiam Sanguinis ſiſtit. *Dioſc.*

A. 2. Myrtillus *Offic. Volck.* Vitis Idæa foliis oblongis crenatis, fructu nigricante *C. B.* Idæa fructu nigro J. B. Vaccinia Pannonica ſive Vitis Idæa *Ger.* nigra Pannonica *Park.* rubra foliis Myrtinis criſpis *Mer. Pin.* rubra foliis Myrtinis criſpis D. Merret *R. H. Synop. Cat. Plant. Angl.* Schwartze Heidel-Beer. Bick-Beer. In ſaxoſis. Majo floret. *Uſu.*

Baccæ. *Vires*. Frigidæ ſunt, & cum manifeſta adſtrictione reſiccant. Ventriculo æſtuanti conveniunt, ſitim ſedant, febrium calores mitigant, alvum reprimunt, vomitum ſiſtunt, adverſus choleram morbum proſunt. *Dod.*

Pag. 376. poſt lin. 21. adde:

## *XVII. De Oſyride.*

NOtæ ſunt, *Folia Linariæ, flores Ribis, fructus ſive bacca rotunda, cum unico intus oſſiculo.* R. Meth. A. p. 147.

Oſyris *Offic.* Plinio *R. H. p.* 1489. fruteſcens baccifera *C. B.* Caſſia poëtica Lobelii *Ger.* poëtica Monſpelienſium *Park.* lignea Monſpelienſium *J.B.* Caſſien. Poeten-Roßmary. In Italia & Gallia Narbonenſi oritur. Majo floret. *Uſu.* Totus frutex. *Vires.* Adſtringentem facultatem obtinet.

Pag. 379. poſt lin. 17. adde:

## XX. *De Lauro Tino.*

NOtæ ſunt, *Flos monopetalos quinquepartitus; fructus Olivæ figurâ, magis acuminatâ, monoſpermos, cortice parum carnoſo; ſemen pellicula cartilagineâ tectum.* R. Meth. A.

Laurus Tinus *Offic. Ger.* Tinus, Laurus ſylveſtris *Chab.* Tinus Luſitanica cœruleâ baccâ *Park.* Sylveſtris Corni fœminæ foliis ſubhirſutis *C. B.* Lauri Tini ſylveſtris primum genus J. B. Tinus prior Cluſii *El. Bot.* Portugaliſcher wilder Lorbeer-Baum. Luſitaniæ incola

cola eſt. Julio & Auguſto floret. *Uſu*. Baccæ. *Vires*. Intro aſſumptæ purgant deorſum non levi totius corporis perturbatione. *Park.* Mezereonis aut Laureolæ baccæ os & fauces inflammant.

# SECTIO VI.

## De Arboribus Pruniferis.

Pag. 397. lin. 14. ſubjunge:

### VIII. *De Nuce Virginiana.*

*Foliis Laurinis ſeu glabris & ſplendentibus; fructu parvo turbinato, pulpam paucam continente, à reliquis Pruniferis differt.*

Nux Virginiana *Offic.* Prunifera vel Nucifera ſeu Nuciprunifera arbor Americana præcelſa, anguſtis Lauri foliis, latè virentibus, Maſtichen odoratam fundens *P. P. Tab.* 217. *fig.* 5. *Cat. Jamaic. R. D. p.* 44. Virginianiſche Nuß. In Inſula Barbados reperitur. *Uſu*. Oſſiculum nuclei Avellanæ magnitudine circiter & figurâ eſt, glabrum colore fuſco cum hilo prope alterum extremum, durum oſſiculum continens nucleo intus albo globulari, ſapore amariuſculo, eóque & odore aromatico. *Vires*. Obſtructiones hepatis potenter reſerat, totámque Sanguinis maſſam depurat, & Scorbuticum malúmque habitum corporis emendat, volatilibus illis ſalibus vitalem hunc liquorem imprægnando, quæ e-

um

um evanidum & langueſcentem ad puriorem & ſpirituoſiorem ſtatum reſtituit, adeóque à fixatione eum præſervat. Cutem etiam à maculis aliiſque impuritatibus liberat. *Marl. ob.*

Paradoxum alicui fortaſſe videre poſſit, quòd ego fructum hunc pro *Marlovii* Nuce Virginiana exhiberem, cum ruſticus ille medicus, qui primus virium ejus deſcriptionem ad D. D. *Croon* tranſmiſit, diſertè affirmet eum fructum eſſe *Locus* arboris, quæ *Gummi Animæ* præbet: De quo Gummi ſuperius tractavi in Libro meo priore *p.* 458. Cui reſpondeo, cùm D. *Marlow* primus fuerit, qui obſervationem hanc publicaverit, concedendum eſt, veriſimillimum eſſe illum quid nomine illo intelligeret, omnium optimè noviſſe; ideóque, cùm fructum illum hoc titulo propriâ ipſius *D. Marlow* manu ſubſcriptum apud D. *Finch* invenerim, non veritus ſum eum abſque omni ſcrupulo hic collocare. Præterea addi poteſt, quòd cùm hæc etiam arbor gummi præbeat Animæ non abſimilem, occaſionem errandi medico prædicto potuerit ſubminiſtrare.

## X. *De Myrobalanis.*

Pag. 400. lin. 11. verbo [anguloſum] junge:

Faba Bengalenſis *Offic. R. D. p.* 134. Bengaliſche Bohne dicta, excreſcentia rugoſa, rotunda, compreſſa, cava, umbilici in modum, magna, foris fuſca, intus nigricans,

cans, ſaporis ſtyptici & aſtringentis, odoris nullius. *Vires.* Aſtringit fortiter, & ad omnes hæmorrhagias, præſertim ad hæmoptyſin ſiſtendam, ſummè utilis, Sanguinem modicè incraſſans, venarum & arteriarum oſcula obdurans, & rupturas conſolidans, humores acres & erodentes mitigans & contemperans. *Marloe.*

D. *Marloe* prædictus primus erat, quod ſciam, qui exoticum hoc medicamentum, ejuſque uſum Orbi literato publicavit ſub ænigmatico nomine *Fabæ Bengalenſis.* Unde nonnulli *fructum ex Bengala,* &c. *Cluſii exot. lib.* 2. *cap.* 14. eſſe opinati ſunt. Alii Myrobalani quandam ſpeciem, alii denique florem Myrobalani Citrini, quia perſæpe inter fructus illos invenitur. Mihi excreſcentia quædam eſſe videtur ex punctura inſecti cujuſdam excitata; aut magis propriè fructus Myrobalani citrini ipſe vulneratus, qui venenati hujuſmodi ictûs occaſione monſtroſam hanc formam aſſumit. Ipſe Prunos ſæpiſſimè obſervavi hujuſmodi ictu ab inſecto quodam inflicto formam naturalem amiſiſſe, & cavos intus fieri abſque ullo oſſiculo.

## *XI. De Jujuba.*

Pag. 401. poſt lin. 29. adde:

2. OEnoplia *Offic.* ſpinoſa & non ſpinoſa *Ger. emac. C. B.* ſpinoſa & non ſpinoſa, ſive Napeca, ſive Zizyphus alba *Park.* ſive Nabca, Paliurus Africana *Chab.* Nabca folio Rhamni

ni vel Jujubæ J. B. Groſſe Jujuben. Weiſſ Bruſtbeer. In Ægypto, Creta & alibi inco la eſt. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Fructus im maturus aſtringit, ſtomachi alvique relaxa tionem firmat. Succus maturarum purgat bilem è ventriculo.

## *XIV.* *De Olea.*

Pag. 404. poſt lin. ult. adde:

2. OLeaſter *Offic.* ſive Olea ſylveſtris *Park. J. B. Chab.* Olea ſylveſtris *Ger.* ſylveſtris ſive Oleaſter *Jonſ. D.* ſylveſtris folio duro, ſubtus incano *C. B.* Wilder Oehlbaum. Oliven Baum. In Italia, Hiſpania, aliiſque locis ſpontanea oritur. *Uſu.* Folia. *Vires.* Cum Oliva ſativa viribus convenire creditur.

Pag. ead. lin. 24. ſubjunge:

## XV. *De Saponaria Arbore.*

N*Otæ ſunt; Flos roſaceus; fructus ſphæricus nuculâ fœtus pariter ſphæricâ, nucleum condente ejuſdem formæ.* R. Meth. A. p. 151.

Arbor ſaponaria *Offic.* ſaponaria Americana *R. H. p.* 1548. prunifera, racemoſa, folio alato, coſtâ mediâ membranulis utrinque extantibus donatâ, fructu ſaponario *Cat. Jamaic.* ſeu Nuciprunifera fructu ſaponario, orbiculato, monococco, nigro, Americana *P. P. Tab.* 217. *fig.* 7. Quity *Piſon.* Braſilienſibus *Marog.* ſaponariæ ſphærulæ *Chab.* ſphærulæ

-ulæ arboris Filicifoliæ *J. B.* Nuculæ ſapo-
nariæ non edules *C. B.* Arbor Miſtecæ pro-
vinciæ fructu avellanæ ſimili *Laet. Jonſ. D.* Baccæ
Bermudenſes *Marl. Obſ.* Seiffen-Beeren. In
inſula Jamaica & alibi Indiæ occidentalis o-
ritur. Octobri fructus matureſcit. *Uſu.* Fru-
ctus cùm jam ſiccus ſphæricus, coloris eſt
rubentis, Galla minor, hilo amplo, ſapore
amaro, odore nullo; unicum rotundum ni-
grum oſſiculum continens. *Vires.* Multum
commendantur adverſus chloroſin. *Marl. Obſ.*
Baccæ ad chloroſin ſingulare & ſpecificum
medicamentum ſunt, poſt chalybeata incaſ-
ſum uſurpata, morbum illum debellantes &
ſanantes. Spiritus, tinctura, aut extractum
exhibenda ſunt potius quam baccæ crudæ *R.
D. p.* 134.

Europæus horum uſus in medicina à D.
*Marloe* orbi literato primùm communicatus
eſt, per modum Epiſtolæ à medico quodam
ruſtico ad egregium Virum D. *Boyle* ſcriptæ.
Verùm cùm nomen hoc adeo ænigmaticum
eſſet, ut difficulter conjici poſſet quid eſſent:
& duo ex Amicis meis, quos ſuper hac re
conſului, de iis diverſum ſentirent, uno
Palmæ cujuſdam ſemina eſſe opinante; al-
tero hujus arboris fructus, in cujus opinione
confirmatus fui à prædicto D. *Finch*, qui me
eorum nonnullis, è ciſtula propriâ D *Marloe*
manu Bermudes Beeren inſcripta deſumptas
donavit.

XVI.

## XVI. De Pado.

*Notæ ſunt; folia ad Salicis latifoliæ potiùs quàm ad Ceraſi folia accedunt; fructus racemoſi Ceraſis ſimiles; oſſiculum tamen oblongum, ſcabrum; ſecus quàm in Ceraſis.* R. Meth. A. p. 150.

A. 1. Padus *Offic.* Ceraſus avium nigra & racemoſa *Ger.* racemoſa fructu non eduli *C. B.* racemoſa ſylveſtris *Jonſ. D.* racemoſa quibuſdam, aliis Padus *J. B. Chab.* avium racemoſa *Park.* Schwartze Vogel-Kirſchen. In montoſis & Alpinis naſcitur. *Uſu.* Fructus. *Vires:* Ad Epilepſias puerorum appenſus collo commendatur.

2. Mahaleb *Offic.* Macaleb Geſneri *Ger.* Machaleb Germanicum *Park.* Ceraſus ſylveſtris amara, Mahaleb putata *J. B.* ſylveſtris amara; Arabum Mahaleb putata *Chab.* Ceraſo affinis *C. B* *Jonſ. D.* Stein Kirſchen. In petroſis montibus oritur. *Uſu.* Nuclei. *Vires.* Calfaciunt; emolliunt. *Matth.*

## XVII. De Lauro-ceraſo.

*Fructu racemoſo; oſſiculo longiore; tenuiore; à Ceraſo foliis amplis; craſſis; ſemper virentibus; ab eadem & aliis differt.* R. Meth. A.

Lauro-ceraſus *Offic. Ger.* J. B. Cluſii *El. Bot.* Ceraſus folio Laurino *C. B.* Ceraſus Trapezuntina, ſive Lauro-ceraſus *Park.* Lauro-ceraſus, Laurus Trapezuntina *Chab.* Laurier-Kirſchen. In hortis noſtris frequentiſſima.

Majo

Majo floret. *Uſu.* Baccæ. *Vires.* Ad Scorbutum à nonnullis commendantur.

## XVIII. *De Perſea.*

*FRuctu pyriformi, racematim cohærente, nucleum cordis effigie continente, foliis Lauri ſimilibus à reliquis differt.*

Perſea *Offic.* *C. B.* *J. B.* *Jonſ. D.* arbor *Ger.* arbor Cluſii *Park.* Laurus Indica *Aldin.* Prunifera arbor, fructu maximo pyriformi, viridi, pericarpio eſculento butyraceo, nucleum unicum maximum, nullo oſſiculo tectum cingente *Cat. Jamaic.* Ahvacaquanhitl ſeu arbor querciformis butyraceo fructu *Hern. Jonſ. D.* Pyroſimilis fructus in Nova Hiſpania nucleo magno *C. B.* Pyrifacie Aguacat J. B. Nicaraguæ pomum nuce rotunda *ejusd.* pomum *Chab.* Mala Americana pyri facie *C. B.* Perſier-Baum/ Spaniſche Beer. Inſulæ Jamaicæ indigena eſt. *Uſu.* Folia, Fructus. *Vires.* Fructus Stomacho eſt utilis, Folia arida pulveriſata illitu ſanguinis eruptiones ſiſtunt. *Dioſc.*

## XIX. *De Manga.*

*NOtæ ſunt, folia bina, terna, aut quaterna eodem pediculo, flos racematim, fructus magnus reniformis.*

Manga *Offic.* Indica fructu magno reniformi *R. H. p.* 1550. Mangas *Park.* ſive Amba J. B. Amygdalam referens fructus hirſutus *Ejusd.* Mangas & Amba Linſchotani *Chab.* domeſti-

ca *P. Al.* Perſicæ ſimilis putamine villoſo *C. B.* Mango, Amba, & Ambe *Camel. Syllog.* Arbor mangifera *Bont. Jonſ. D.* Conchifolia Indiæ orientalis comantibus floribus & fere corymboſis *P. P. Tab. 142. fig. 1.* Mao ſive Mau *H. M.* Mango-Baum. In India orientali oritur. *Uſu.* Fructus muriâ conditus: Oſſicula. *Vires.* Fructus conditus frigidus & humidus eſt. Oſſiculis aſſatis alvi profluvia ſiſti ajunt.

---

# SECTIO VII.

## De Arboribus Bacciferis.

### *Arbores & Frutices Bacciferæ, fructu monopyreno.*

Pag. 410. adde:

### I. De Zizypha.

*NOTÆ ſunt, folia longa, mollia, alternatim poſita, flos monopetalos, tubulatus, in ſex partes diſſectus; fructus oblongus, olivæ-formis.*

Zizypha *Offic.* Cappadocica *Ger.* Cappadocica, quibuſdam Olea Bohemica J. B. *Chab.* Olea ſylveſtris folio molli incano *C. B.* Oleaſter Cappadocicus *Park.* Elæagnus orientalis anguſtifolius, fructu parvo olivæformi, ſubdulci *T. Coroll.* Wilde Jujuber / wilde Bruſt-Beerkin. In Bohemia, Hiſpania, &c. reperitur.

tur. Æſtate floret. *Uſu.* De uſu & viribus nil invenio.

## *II. De Arbuto.*

*FLore urceolari inſignis; fructu carnoſo, eduli, in quinque loculamenta partito, ſeminibus aliquot adnaſcentibus onuſta, à reliquis differt.* R. Meth. A. p. 155.

A. 1. Arbutus *Offic. Ger. Park.* Arbutus Comarus Theophraſti J. B. *Chab.* folio ſerrato *C. B. Jonſ. D.* Unedo Plinii vulgò *Herm. Cat. P. Al.* Erdbeer-Baum. In ſylvis & dumetis calidioribus. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Acerbus eſt & auſterus.

2. Adrachne *Offic. Park.* Theophraſti *Ger. J. B.* Theophraſti Arbuto ſeu Comaro proximè accedens *Chab.* Arbutus folio non ſerrato *C. B. Jonſ. D.* Dioſcoridis vera Comara dicta *Wheel Itin.* Niedriger Erdbeer-Baum. In Græcia oritur. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

D. *Georgius Wheeler* hanc arborem *Dioſcoridis* Arbutum eſſe credit, contra opinionem *Matthioli* qui primam ſpeciem eam eſſe affirmat.

Pag. 415. poſt lin. 7. adde:

## *VIII. De Phillyrea.*

*FLore quadripartito, fructu & ſemine ſphærico, foliis in caule binis oppoſitis, ab Alaterno diſtinguitur, quam Botanici & Hortulani noſtrates cum eâ*

*confundentes, utramque indiſcriminatim Phillyream denominarunt.* R. Meth. A. p. 152.

Phillyrea *Offic.* folio Liguſtri C. B. *Jonſ. D.* latiuſculo folio *J. B. Chab.* latiore folio *Ger.* latifolia foliis ferè non ſerratis *Park.* Phillyree Stein-Linde. In hortis colitur. *Uſu.* Folia. *Vires.* Siccant & adſtringunt, ad oris ulcera maxime commendantur.

## X. *De Thymelæa.*

Pag. 415. poſt lin. 21. adde:

*Notæ ſunt, flores monopetali quadripartiti; fructus carnoſi ſemen continentes unicum, oblongum rotundumve, tunica cartilaginea tectum.* R. Meth. A. p. 152.

Pag. 416. poſt lin. 7. adde:

3. Cneoron niger *Offic.* Matthioli *Ger. emac.* Matthioli ſuffrutex J. B. *Chab.* Thymelæa minor ſive Cneoron Matthioli *Park.* Alpina Linifolia humilior flore purpureo odoratiſſimo *El. Bot.* foliis acutis, floribus odoratis, purpureis, Cneoron Matthiolo dicta *Herm. Cat.* Thymelææ affinis facie externâ C. B. *Jonſ. D.* Stein-Röſslein. In montoſis provenit. Aprili floret. *Uſu.* Cortex. *Vires.* Cum Chamælæa viribus convenire creditur.

4. Empetrum *Offic.* Thymelæa foliis Kali lanuginoſis ſalſis C. B. Sanamunda ſecunda Cluſii *Ger. emac. J. B. Chab.* altera Cluſii *Park.* Sanamunda/ Kellers-Hals mit wollichten Kali-Blättern. In maritimis Bæticæ ſponte oritur, Februa-

Februario floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Drachmæ pondere cum decocto Cicerum ſumpta mirificè purgat. *R. H. p.* 1589.

5. Sanamunda *Offic.* prima Cluſii *Ger. emac.* Thymelæa foliis candicantibus, Serici inſtar mollibus *C. B.* Tartonraire Maſſilienſium *Park.* Maſſilienſium, Sanamunda prima Cluſii *J. B. Chab.* Sanamunda mit weichen Blättern. In Gallo-provincia ſponte provenit. *Uſu.* Folia. *Vires.* Vi cauſtica prædita ſunt.

## XI. *De Viburno.*

N*Otæ, vimina lenta, lanuginoſa; folia ſubrotunda, pronâ facie incana; flores in umbellis, baccæ per maturitatem nigræ compreſſæ, ovales ferè; ſemina ejusdem figuræ, valde compreſſa, canaliculata & fere oſſea.* R. Meth. A. p. 147.

A. Viburnum *Offic. Park.* vulgò C. B. Matthioli *El. Bot.* Lantana ſive Viburnum *Ger.* vulgò aliis Viburnum J. B. *Chab.* Kleiner Mähl-Baum/Schling-Baum. In ſepibus non infrequens. Æſtate floret. Septembri matureſcunt acini. *Uſu.* Folia, Baccæ. *Vires.* Siccant & adſtringunt, unde ad tonſillarum & gutturis inflammationes, columellæ procidentiam, dentes vacillantes, alvi fluxiones commendantur. *Matth.*

Pag. 418. lin. 6. ſubjunge:

## *XIII. De Rhamno.*

*FRutice eſt ſpinoſo, fructu minore, pulpâ humidâ unicum intus ſemen claudente.* R. Meth. A. p. 152.

1. Rhamnus albus *Offic.* ſpinis oblongis, flore candicante *C. B. Jonſ. D.* primus Cluſii *Ger.* ſecundus Monſpelienſium ſive primus Cluſii *Park.* cortice albo Monſpelienſis J. B. *Chab.* Stechdorn mit weiſſen Blumen. Hiſpaniæ, Luſitaniæ, &c. incola eſt. Majo floret. Autumno fructus maturat. *Uſu.* Folia. *Vires.* Igni ſacro & ſerpentibus ulceribus efficaciter illinuntur. *Dioſc.*

2. Rhamnus niger *Offic.* niger Theophraſti *Park.* tertius Cluſiii *Ger. Chab.* J. B. tertius flore herbareo baccis nigris *C. B.* flore herbaceo, baccis nigris *Jonſ. D.* Schwartzer Stech-Dorn. In hortis nonnunquam reperitur. Majo floret. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Decoctum membra relaxata & diſſoluta atque podagræ dolores juvat.

A. 3. Oleaſter Germanicus *Offic.* Rhamnus ſecundus Cluſii *Ger.* primus Dioſcoridis Lobelio ſive litoralis *Park.* Salicis folio anguſto, fructu flaveſcente C. B. *Jonſ. D.* ſive Oleaſter Germanicus J. B. *Chab.* Rhamnoides fructifera foliis Salicis, baccis leviter flaveſcentibus *T. Coroll.* Teutſcher Stechdorn / Weiden-Dorn. In maritimis arenoſis. Junio floret, Septembri

bri fructum maturat. *Uſu.* Baccæ. *Vires.* Rob acidum eſt, commendaturque ad Dyſenteriam.

## XIV. De Ebeno Indico.

EBenus *Offic.* C. B. J. B. *Chab.* Ebenum ſive Lignum Indicum *Camel. Syll.* Eben-Baum/ Eben-Holtz. Ex India orientali adfertur. *Uſu.* Lignum.

Arborem hanc cum *P. Camello* verum Antiquorum Ebenum Indicum eſſe exiſtimo, eſtque arbor baccifera foliis Juglandinis ſimilibus quoad magnitudinem; atque idcirco quod de ea ſcripſi pag. 392. libri mei prioris huc transferendum eſt.

Huic ſubjungit *Camellus* ſex alias arbores quas omnes pro variis Ebeni ſpeciebus habet: quarum primam in Capite Palmarum jam dedi; ideoque illuc Lectorem meum ablego.

Pag. 420. poſt lin. 19. adde:

## XVIII. De Fagara.

FAgara *Offic. Ger.* major J. B. *Chab.* ſeu Cayutana Luzonis *Camel. Syllab.* Fagara Cocculo Indo ſimilis Fructus *Park.* Cubebis affinis Fagara major C. B. Rubus exoticus *ejusd.* Rubi facie ſenticoſa planta Lobelio J. B. *Park. Chab.* In Philippinis Inſulis reperitur. *Uſu.* Baccæ. harum cortex exterior, tener, ſubniger, ſaporis aromatici & acriuſculi, hæ maturæ rum-

puntur, & granum nigrum ſplendidum, ſat ſolidum, ſaporis & odoris expers exhibent. *Vires.* Calfaciunt & ſiccant, ſtomachi ac Hepatis frigiditati utiles, concoctionem juvant, & alvum adſtringunt. *Avicen.*

## Arbores & Frutices bacciferæ fructu tripyreno.

Pag. 423. poſt lin. 2. adde;

### XXII. De Alaterno.

*Notæ ſunt; Foliis in ramis & ſurculis alterno ordine ſitis, baccis tricoccis, à Phillyrea differt.* R. Meth. A. p. 154.

1. Alaternus *Offic.* J. B. *Chab.* Spina Burgi Monſpelienſium *Ejusd.* Alaternus major & minor *Park.* Plinii, & humilior *Ger.* ſive Philyca elatior & humilior *C. Bauhini P. Al.* Philyca elatior & humilior C. B. *Jonſ. D.* Hoher Alatern-Baum. In hortis colitur. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Moderatè alvum conſtipat.

2. Celaſtrus *Offic.* Theophraſti *C. B. Park. Jonſ. D. Ger. emac.* Alaternus latifolia, Celaſtrus dicta *Herm. Cat.* Alatern Baum mit breiten Blättern. In hortis curioſorum nonnunquam reperitur. De viribus & uſu nil invenio apud Autores.

3. Caſſina *Offic. C. B.* Caſſine vera Floridanorum, Arbuſcula baccifera Alaterni ferme facie, foliis alternatim ſitis, tetrapyrene *Pl. Mant.* Caßie-Strauch / Caßie-Bäumlein. In

Caro-

Carolina oritur. *Uſu.* Folia unciam circiter longa ſunt, ſemiunciam lata, figurâ folia Sennæ repræſentantia, colore quando exiccata ſunt nigricante, cum ſplendore supernè, ſubtus viridiora, odore nullo, ſapore paulum aromatico. *Vires.* In Variolis optimum medicamentum habetur, fermentationem Sanguinis nimis violentam cohibens, nec tamen facultatem expulſivam penitus ligans. Expectorationem promovet, & pulmones tutatur. Caput denique & guttur ne invadant variolæ impedit. D. *Marloe.*

4. Perygua *Offic. Marl. Obſ.*
In *Uſu* ſunt, Fragmenta foliorum exiccatorum, feſtucarum & pulvis, unde allata diſcere nequeo. *Vires.* Purgat interdum, aliàs vomitum excitat, nonnunquam inſenſibilem perſpirationem promovet, prout natura inclinat. Specificum præſtantiſſimum habetur in Diabete, cujus effectus in morbo illo curando plura exempla profert D. *Marloe.*

Cujuſnam plantæ Perigua fragmenta ſit, quæſtio eſt non facilè determinanda: neque eruditorum in re Botanicâ opiniones facilè poſſunt conciliari. Sunt qui pro Alaterni Specie eam habent, quorum autoritate permotus eam hoc in loco diſpoſui. Alii quærunt an ſit Peragu *H. M. T. 2. p. 41.* Mihi veriſimillimum videtur plantam eam eſſe cujus meminit *Du Biſcay* in Navigatione ſua ſurſum in *Rio de la Plata* ſub titulo *Herbæ de Paraguay*, quâ indigenæ adverſus vapores minerales &

noxios utuntur: quæque iiſdem inſervit pr
medicamento ad vomitum excitandum.

## XXIII. *De Sambuco.*

Pag. 424. poſt lin. ult. adde:

3. SAmbucus montana *Offic.* racemoſa ru bra C B. *Park.* Jonſ. *D.* racemoſa *Chab.* racemoſa acinis rubris J. B. racemoſa vel Cer vina *Ger.* Wald- oder Berg-Holder/Hirſch-Hol der / Berg-Elhorn. In hortis colitur. *Uſu.* Fo lia. *Vires.* Frigida & Soporifera eſt, & cum Bella donna viribus convenit.

## Arbores & frutices Bacciferæ fructu tetrapyreno.

## XXV. *De Thea.*

Pag. 428. lin. 2. ſubjunge:

IN Anglia tres ſpecies *Theæ* in uſu ſunt. Qua rum Prima *Bohe* dicitur, eſt folium parvum ad nigredinem vergens, quod aquam ple rumque cui incoquitur brunneo aut rubente colore tingit, & ſapore Sennæ infuſum refert

Secunda. *Thea viridis* eſt, nonnullis *Singlo* dicta. Hæc duorum generum eſt. Alterum folio oblongo & anguſto, alterum minore: utrumque æque bonum, & colore cœruleo viridi; commanducatum criſpum admodum videtur, & aquam colore pallidè viridi inficit.

Ter-

Tertia *Imperialis Thea* dicitur. Folio eſt amplo laxo, cum reliquæ duæ folio ſunt convoluto: optima viſui viridis eſt, in ore criſpa, & odore jucunda.

Omnes hæ Theæ Species à China adferuntur uniusque & ejuſdem arboris folia eſſe exiſtimantur; differre tantùm tempore colligendi, & præparandi, ſeu ut vocant curandi modo. *Vires.* Omne genus Thearum vires jam tradidi. Bohe duntaxat Sanativa & Balſamica habetur, naturæ languentis reſtauratrix, & adverſus Phthiſin & Tabem prophylactica.

Pag. 430. poſt lin. 6. adde:

## XXIX. *De Lycio.*

*Frutex eſt baccifer ſpinoſus, à Rhamno, ut videtur, diſtinguendus ſpinis minoribus & brevioribus, quæ longiores validioresq; in Rhamno. Addi etiam poteſt Folia eſſe minora in Lycio.* R. Meth. A. p. 195.

Lycium *Offic.* Buxi foliis *Jonſ. D. C. B.* facie pruni-ſylveſtris ſive Italicum *ejusd.* Italicum *J. B. Chab. Park.* vulgatius *ejusd.* Italicum *Jonſ. D. Bot. à Stapel.* Buxi foliis rotundioribus Syriacum vel Perſicum *Breyn. 2. Prod.* Hiſpanicum *Ger.* Rhamnus Hiſpanicus Buxi folio minor *El. Bot.* Italiániſcher Bux-Dorn. In Hiſpania aliisque locis calidioribus oritur. *Uſu.* Rob ex foliis & ramis, cujus parandi modus à *Dioſcoride* ſic deſcribitur. Rami cum radiculis

culis tuſi, & antè per multos dies macerati coquuntur, tum abjectis lignis itidem liquor coquitur, donec mellis craſſitudo fiat. Adulteratur id Lycium adjecta decoctioni amurca, aut Abſinthii ſucco aut felle bubulo. Simili modo fit Lycium Semine expreſſo & inſolato. Optimum quod uri poteſt, reſtinctumque rubentem ſpumam oſtendit, glebis intrinſecus nigris, intus cum fregeris rufis, odore minimè viroſo, cum amaritudine aſtringens, crocino colore. *Vires.* Adſtringit, caliginem oculorum diſcutit: genarum Scabiem, pruritus, vetereſque fluxiones ſanat: facit ad purulentas aures, exulceratas gingivas, tonſillas, labiorum fiſſuras, ſedis rimas, attritusque illitum: cœliacis dyſentericis potum inditumque convenit: datur ſanguinem excreantibus & tuſſi ex aqua: contra rabioſi canis morſus in catapotio devoratur, aut in aqua bibitur: flavos facit pilos, reduviis, ulceribus quæ ſerpunt, aut putreſcunt, medetur: fœminarum profluvia appoſitum ſiſtit: rabioſorum ictibus ex melle potum, aut vice catapotii auxiliatur. *Dioſc.*

Duæ Lycii ſpecies à *Dioſcoride* memorantur. Alter à planta in *Græcia* naſcente, quam hic exhibeo, Lycium ſimpliciter dicta: altera à planta Indica de qua in Capite de Acacia agam quæ nomine *Cate* innoteſcit.

Pag.

Pag. 431. lin. ult. ſubjunge:

# Frutices Bacciferæ fructu polypyreno.

## XXXII. *De Rubo.*

Pag. 432. lin. ult. ſubjunge:

3. A. Chamæbatos *Offic.* Chamærubus ſive Humirubus *Park.* ſpinoſus fructu cœruleo *Jonſ. D.* Rubus minor fructu cœruleo J. B. *Chab.* repens fructu cœſio C. B. *Ger. emac.* Kratz-Beer/Thau-Beer. Inter ſegetes reperitur. Majo floret. Autumno fructum maturat. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Cum primo viribus convenit.

## XXXIII. *De Uva marina.*

*Nota ſunt Ramuli & ſurculi Equiſeti æmuli, aphylli, Fructus ad nodos Rubi fructibus ſimiles.* R. Meth. A. p. 195.

Tragos *Offic.* ſive Uva marina major *J. B. Chab.* Uva marina major *Ger.* Polygonum bacciferum maritimum majus *C. B.* bacciferum ſive Uva marina major *Park.* Ephedra maritima major *El. Bot.* Meer-Trauben. In Sicilia aliisque locis maritimis oritur. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Ex vino poti cœliacis & fœminis fluxione laborantibus auxiliantur. *Dioſc.*

# SECTIO OCTAVA.

## De

## Arboribus Pomiferis.

### V. De Nuce Vomica.

Pag. 442. poſt lin. 8. adde:

3. FABA Sti. Ignatii *Offic.* Nux petita ſeu Faba Sancti Ignatii *Act. Philoſ. Lond. No.* 249. Igaſur, ſeu Nux Vomica legitima Serapionis Camelli *Ejusd. No.* 250. ſeu Nux Vomica legitima Serapionis Camelli, Faba Sancti Ignatii vulgo *R. H.* Cucurbitifera Malabathri foliis ſcandens Catolongay & Contara Philippinis Orientalibus dicta, cujus Nuclei Pepitas de Byſayas aut Catbalogan & Fabæ Sancti Ignatii ab Hiſpanis, Igaſur & Mananaog *i. e.* Victorioſi, Inſulanis nuncupati *Pl. Mant.* St. Ignatius-Bohne. Ex India Orientali tranſportatur. *Uſu.* Semina oblonga, avellanæ Nuci cum putamine pares, aut etiam paulò majores, nodoſa, duriſſima, diaphana & quaſi cornea ſubſtantia, ſaporis intenſius amari, coloris autem inter album & glaucum. *Vires.* Veneno reſiſtit, febres quartanas curat, urinam & menſes provocat; vertiginem inducit & vomitionis ciet.

SE-

# SECTIO NONA.
## De
## Arboribus fructu per maturitatem ſicco.

### I. *De Staphylodendro.*

NOTÆ *ſunt Flores racemoſi, pentapetali; fructus veſicula in duos aut tres loculos diviſa, nuces continentes calvariæ figurâ.* R. Meth. p. 157.

A. Staphylodendron *Offic.* J. B. *Chab.* ſylveſtre & vulgare *Herm. Cat.* Matthioli *El. Bot.* Nux veſicaria *Ger. Park.* Piſtachia ſylveſtris C. B. Teutſche Pimpernüſſe. In ſepibus nonnunquam reperitur. Majo floret. Autumno nucleos maturat. *Uſu.* Nuclei. *Vires.* Cum Piſtachia viribus à quibuſdam convenire creditur.

Pag. 445. poſt. lin. ult. adde:

### VI. *De Cotino.*

NOTÆ *ſunt, Semina compreſſa rubentia, lenticulis æqualia, obiter diſpoſita in cymis tenuiſſimorum, ſed rigidorum filamentorum, latè diffuſis, pilis plumatim obſitis quæ ad ſummos ramulos oriuntur.* R. Meth. A. p. 158.

Cotinus *Offic.* Matthioli *C. B.* coriaria Plinii *Jonſ. D.* coriaria Dodonæi *El. Bot.* Coccigria Cotinus coriaria nonnullis putata *Chab.* ſive

ſive Cotinus putata J. B. Coggygria Theo phraſti vel Cotinus coriaria Plinii *Ger.* ſiv Cotinus coriaria *Park.* Färber-Baum / Färber-Laub. In Italia reperitur. Majo floret. Augusto fructus matureſcit. *Uſu.* Fructus. *Vires.* Siccat & adſtringit, inſigniter faucium & genitalium ulcera ſanat, fluxus alvi menſesque ſiſtit.

Pag. 447. poſt lin. 10. adde:

## IX. De Spiræa.

*NOTÆ ſunt, Flos pentapetalos; fructus è pluribus ſiliquis ſeu vaginis compoſitus, quarum unaquæque ſemina aliquot compreſſa continet.* R. Meth. A. p. 158.

Spiræa *Offic. Jonſ. D.* Theophraſti Cluſio *Ger. emac.* Theophraſti fortè Cluſio *J. B. Park. Chab.* Salicis folio *El. Bot.* Frutex ſpicatus foliis Salignis ſerratis *C. B.* Spiräa. In hortis colitur. Julio floret. Auguſto Semen maturat. *Uſu.* Semen. *Vires.* Aſtringentem facultatem habet.

Pag. 448. poſt lin. 22. adde:

## XI. De Acere.

*Cujus notæ, Folia laciniata aut anguloſa: ſemina bina juncta, vaſculis duris, membranis extantibus alatis incluſa.* R. Meth. A. p. 157.

A. 1. Acer majus *Offic. Ger.* majus, multis falsò Platanus *J. B.* majus, quibuſdam Platanus dictum *Chab.* majus latifolium, Sycomorus

rus falſò dictum *Park.* montanum candidum *C. B.* montanum candidum, aliis Platanus *Jonſ. D.* Groß Ahorn Baum. Maßholder-Baum. Lein-Baum. In Cœmeteriis & ambulacris. Majo floret. Fructus matureſcit Septembri. *Uſu.* Succus ex vulnerato arbore. *Vires.* Ad Scorbutum utilis eſſe creditur.

Ex hujus Succo Saccharum præparant Canadenſes: vide *Act. Philoſ. Lond. No.* 171. *p.* 988.

A. 2. Acer minus *Offic. Ger. emac.* minus ſive vulgare *Park.* campeſtre & minus *C. B.* campeſtre, aliis Opulus campeſtris veterum *Jonſ. D.* Acer *Chab.* vulgare minori folio *J. B.* Klein Ahorn-Baum. In ſepibus frequens. Majo floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Contuſa è vino jecinoris doloribus utiliſſime imponitur. *Plin.**

3. Acer montanum *Offic. Park.* montanum flavum ſive criſpum *C. B. Jonſ. D.* montanum Orientalis Platani foliis atro-virentibus *P. P. Tab.* 252. *fig.* 1. Berg Ahorn-Baum. In montoſis.

## XIII. *De Ulmo.*

Pag. 451. pro 2da & 3a Speciebus Ulmi adde:

2. A. Ulmus montana *Offic. C. B.* montana, aliis latifolia *Jonſ. D.* latiore folio *Park.* folio latiſſimo ſcabro *Ger. emac.* Berg Ulm-Baum. Berg-Rüſter. In ſepibus frequens.

 *Uſu.*

*Uſu.* Cortex. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

3. Macer *Dioſc. Theoph.* veterum *C. B.* Græcorum *Park. Jonſ. D.* Dioſcoridis & Græcorum *J. B. Chab.* Ulmo affinis, vaſculis membranaceis & ſemine intus incluſo compoſito *R. H. p.* 1779. Griechiſch Macerbaum. Ex Barbaria advehitur *Uſu.* Cortex flaveſcens, craſſus, guſtu perquàm adſtringens. *Vires.* Contra cruentas excreationes, Dyſenterias & alvi fluxiones bibitur. *Dioſc.*

Pag. eadem lin. ult. adde:

## XV. De Platano.

*Otæ ſunt Fructus in pilulas ſphæricas conglobati, multa ſemina continentes.* R. Meth. A. p. 140.

Platanus *Offic. C. B.* J. B. *Ger. Chab.* vulgaris *Jonſ. D.* Orientalis vera Park. pilulis majoribus *Herm. Cat.* Orientalis pilulis ampliſſimis *P. Al.* Frembd Ahorn. Orientaliſcher Ahorn oder Wald-Eſchern-Baum. In Creta oritur. *Uſu.* Folia, Cortex, Pilulæ. *Vires.* Tenerrima folia in vino decocta & illita, oculorum fluxiones ſiſtunt, tumores & inflammationes levant. Decoctus cortex in aceto, dentes in dolore colluit. Virides pilulæ in vino potæ ſerpentium morſibus auxiliantur. *Dioſc.*

## XVI. *De Elæagno.*

A. Elæagnus *Offic.* Gale Frutex odoratus Septentrionalium, Elæagnus *Cordo*, Chamæ-

mælæagnus Dodonæo *J. B. Chab.* Myrtus Brabantica ſive Elæagnus Cordi *Ger.* Rhus Myrtifolia Belgica *C.B.* ſylveſtris, ſive Myrtus Brabantica vel Anglica *Park.* Brabantiſcher oder Engliſcher Myrten Baum. Locis paludoſis gaudet. *Uſu.* Folia. *Vires.* Siccat & & diſcutit; Lumbricos necat.

## *XVII. De Paliuro.*

N*Otæ ſunt, Spinæ longæ acutiſſimæ; fructus petaſoides, pulpâ intus fungoſâ oſſiculum durum continens triſpermum, hoc eſt, tribus conceptaculis cum ſingulis in unoquoque ſeminibus donatum.* R.Meth. A. p. 158.

Paliurus *Offic. Ger. Chab.* Dodonæi *Herm. Cat. El.* Bot. ſive Rhamnus tertius Dioſcoridis *Park.* Jujubinis foliis fructu petaſoide *P. Al.* Rhamnus folio ſubrotundo, fructu compreſſo *C. B. Jonſ. D.* Chriſts-Dorn. Italiæ, &c, incola eſt. Majo & Junio floret; Autumno fructum maturat. *Uſu.* Folia, Radix, Baccæ. *Vires.* Radix & folia aſtringunt, ventrem fluentem cohibent, digerunt & Phymata curant. Fructus incidendi vim obtinet, calculos veſicæ comminuit & pectoris pulmoniſque excretionibus auxiliantur. *R. H. p.* 1709.

# SECTIO X.

## De Arboribus & Fruticibus ſiliquoſis.

## Arbores & Frutices flore uniformi.

Pag. 445. lin. 8. ſubjunge,

### II. *De Acacia glorioſa.*

NOtæ *ſunt, Folia pinnata, ſiliqua lata echinata, fructus rotundus durus.*

Bonduch *Offic.* Indorum *Jonſ. D.* cinerea foliis longioribus *Act. Philoſoph. Lond n.* 267. Arbor exotica ſpinoſa foliis Lentiſci *C. B.* ſpinoſa Indica muricatis ſiliquis *Park.* Lobus echinatus *Ger. emac.* echinatus fructu cæſio foliis longioribus *P. B. P.* alius exoticus hirſutus cum piſo duro cinerei coloris *Chab.* ἐχινώδης cum piſo duro cinerei coloris *J. B.* Acacia glorioſa Lentiſci foliis ſpinoſa, flore ſpicato luteo, ſiliqua magna muricata *P. P. Tab.* 2. *fig.* 2. Caretti *H. M. Tom.* 2. Inimboy Braſilienſibus *Marog.* Braſilianorum frutex ſpinoſus ſpicatus, platylobis echinoidibus, glycyrrhizæ foliis *Breyn. Prod.* 1. Inimboia ſive ſylva de praya Luſitanis *Piſon.* Moluckiſche Nüſſe oder Bezaar Nüſſe. Utriuſque Indiæ alumna eſt. *Uſu*, Fabæ rotundæ, cenerei colo-

coloris, intus albæ ſaporis impenſe amari, odoris nullius. *Vires.* Hernioſis tumoribus conducunt, flatus diſſipant dolorem colicum ſedant, ſtomachum debilem confortant, menſes movent, in calculo proſunt. *Vid. Morlow. Obſervat.*

Pag. 457. poſt lin. 3. adde:

## V. De *Angſana.*

ANgſana *Offic.* Draco arbor Indica ſiliquoſa Populi folio, Angſana vel Angſava Javanica *Commel. Hort. Amſt. R. D. p.* 113. In India Orientali oritur. *Uſu.* Lachrymæ. *Vires.* Virtutibus aſtringentibus pollet, & in affectibus aphthoſis præ cæteris remediis conducit.

Gummi hujus arboris ab eruditiſſimo & ingenioſiſſimo D. *Commelino* in Pharmacopolarum Officinis nomine Sanguinis Draconis in guttis divenditum eſſe dicitur: unde non poſſum non obſervare (præter ea quæ jam ſcripſi in Capite de Palmis) quòd Botanices Autores quænam arbor ſit, valdè incerti ſint, & magna obſcuritate ac confuſione laborent, aut diverſas arbores eſſe quæ hoc gummi producant.

Pag. 460. poſt lin. 17. adde:

## IX. De *Nerio.*

NO*tæ ſunt, Flos ſpecioſus, ſiliqua & ſemen Apocyni, lanugine ſeu pappa adhærente alatum.* R. Meth. A. p. 160. 196.

Nerium *Offic.* ſive Rhododendron *Chab.* ſi-ve Oleander *Ger.* ſive Rhododendron flore rubro & albo *J.* B. floribus rubeſcentibus & floribus albis *C. B. Jonſ. D.* Oleander ſive Laurus Roſea *Park.* vulgò *Herm, Cat.* Oleander, Lorbeer Roſen. Unholden Kraut. In hortis colitur. Julio floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Extrinſecus vim digerendi habent. Intra corpus aſſumpta pernicioſa & venenoſa eſſe ſcribit *Galen,*

## Arbores & Frutices ſiliquoſæ floribus difformibus ſeu Papilionaceis.

### *XII.* De *Arbore Judæ.*

N*Otæ ſunt, Folia circinatæ ferè rotunditatis Aſari ſed majora, alternatim in ramulis naſcentia; floris ſtructuræ peculiaris, folia etenim lateralia Alæ dicta, folium ſuperius ſeu vexillum ſuperant, præter aliorum hujus generis normam, præterea folium inferius è duobus foliis ſeu mavis partibus penitus ſeparatis componitur; Siliquæ longæ, compreſſæ, membranaceæ.* R. Meth. A. p. 162.

1. Cercis *Offic.* prior Theophraſti quibuſdam, aliis Colytea Theophraſti *R. H.* Arbor Judæ *Ger. Park.* Judaica *Chab.* Judaica arbor J. *B.* ſiliqua ſylveſtris rotundifolia C. B. ſylveſtris vulgaris *Jonſ. D.* ſpuria rotundifolia ſylveſtris *Volck.* Siliquaſtrum *El. Bot.* Ju-

das Baum. In hortis colitur. Æſtate florens.

2. Acacalis *Offic.* quorundam, ſive Keſmeſan foliis Ceratiæ *J. B.* Dioſcoridis *C.B.* Siliquæ ſylveſtri ſimilis *ejuſd. Jonſ. D.* Wilde Schoten. Acacalis. Circa Conſtantinopolin reperitur. *Uſu.* Semen. *Vires.* Tam vulgare Conſtantinopoli ad oculorum morbos eſt remedium, ut tritum ſit proverbium; *Si doleant oculi habes Cheſmeſen R. H.*

## XIII. De Spartio.

*Altitudine ſuâ & viminibus junceis à Geniſtellâ differt.* R. Meth. A. p. 162.

Spartium *Offic. Chab.* arboreſcens ſeminibus lenti ſimilibus *C. B. Jonſ. D.* Spartum Hiſpanicum frutex vulgare *Park.* Geniſta Hiſpanica *Ger.* juncea *J. B.* Hiſpanica, floribus luteis amplis, ſeminibus lenti ſimilibus *Herm. Cat.* Spaniſche Pfriemen. In Italia, Hiſpania, &c. naſcitur. Junio & Julio floret. *Uſu.* Vimina, flores, ſemina. *Vires.* Cum Geniſta vulgare viribus convenit, quâ tamen efficacior eſt.

## XIV. De Scorpio.

*Notæ ſunt, tota ex aculeis denſiſſimis ferè componitur; folia enim poſt exortum brevi decidunt,* R. Meth. A. p. 162.

A. 1. Scorpius *Offic.* Geniſta ſpinoſa vulgaris *Ger. emac.* ſpinoſa major longioribus aculeis *C. B. Jonſ. D.* ſpinoſa major vulgaris ſeu

Scorpius Theophraſti quam Gaza Nepam tranſtulit *Park.* Geniſtellæ ſpinoſæ affinis, Nepa quibuſdam *J. B.* ſpinoſæ affinis Nepa & Scorpius quibuſdam *Chab.* Geniſta-Spartium majus longioribus aculeis *El. Bot.* Geſpel-Dorn. Scorpions-Kraut. Ericetis & incultis naſcitur. Vere floret. *Uſu.* Tota planta. *Vires.* Cum Geniſta viribus convenit.

A. 2. Nepa *Offic.* Geniſta aculeata minor ſive Nepa Theophraſti *Ger.* ſpinoſa minor *Park.* ſpinoſa major brevibus aculeis *C. B. Jonſ. D.* Geniſta-Spartium majus brevioribus aculeis *El. Bot.* Klein Geſpel-Dorn. Scorpions-Kraut. Pfriemen-Kraut. Cum priore convenit. Autumno floret. *Uſu.* Tota planta. *Vires.* Cum priore viribus etiam convenit.

Pag. 461. poſt lin. 14. adde:

## XVI. De Anagyride.

N*Otæ ſunt, odor fœtidus, flores è foliorum ſinubus bini, terni aut quaterni ſimul exeuntes, figurâ, obſervante* D. Tournefortio, *peculiari, ſiquidem folium ſuperius multo brevius eſt reliquis.* R. Meth. A. p. 163.

Anagyris *Offic. Chab.* fœtida *C. B. Ger. Park. Jonſ. D.* vera fœtida *J. B.* Stinckendt Bohnen-Baum. Bohnen-Klee. In Italia provenit. Majo & Junio floret. *Uſu.* Folia, Semen. *Vires.* Tenera Folia trita tumores illitu reprimunt: ſi partus hæreat & ſecundæ menſéſque morentur; drachmæ pondere bibuntur

tur in paſſo: ſic & ſuſpirioſis dantur, & contra capitis dolores in vino: Radicis cortex concoquendis, diſcutiendíſque adhibetur. Semen commanducatum vomitiones vehementer ciet. *Dioſc.*

## XVI. De Laburno.

C*Ujus notæ, ſtatura & magnitudo inſignis; Flores plures ſimul velut in racemo dependentes.* R. Meth. A. p. 163.

Laburnum *Offic. Chab.* arbor trifolia Anagyridi ſimilis *J.* B. Anagyris *Ger.* non fœtida ſive Laburnum majus *Park.* non fœtida major vel Alpina C. B. fœtens major vel Alpina *Jonſ. D.* Cytiſus Alpinus latiſolius flore racemoſo pendulo *El. Bot.* Kleiner Bohnen-Baum ohn Geſtanck. In montibus provenit. Junio & Julio floret. *Uſu.* Folia. Semen. *Vires.* Purgat per inferiora & ſuperiora vehementius.

## XVII. De Cytiſo.

S*Tatura eà humilior quam præcedens, & magnitudo minor, ſiliqua compreſſa.* R. Meth. A. p. 163.

1. Cytiſus *Offic.* incanus ſiliquis falcatis *C. B. Jonſ. D.* ſeptimus cornutus *Ger.* ſiliquâ incurvâ folio candicante *J. B.* ſiliquâ incurvâ *Chab.* Medica fruteſcens incana, ſeu Trifolium fruteſcens incanum ſiliquâ falcatâ planâ, folio candicante *P. Al.* Medicago trifolia fruteſcens incana *El. Bot. T. inſt.* Falcata incana *Rivin.*

Gehöreter Geiſt-Klee, Grau-Staudichter Geiſt-Klee mit Sichel-Formigen Schoten. In hortis colitur. Æſtate floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Refrigerant: tumores diſcutiunt: decoctum potu urinam ciet. *Dioſc.* Ex hujus ligno Turcæ enſium manubria conficiunt. *Volck.*

Quamvis Veteres unicam tantùm Cytiſi ſpeciem deſcripſerunt ídque imqerfectè; Recentiores tamen plurimas invenerunt plantas quibus id nomen attribuunt. Quocirca ſtirps quam hic propono æquo jure Cytiſi *Dioſcoridis* nomen ſibi vendicare poteſt quàm alia quævis, imò potiori, cum *Volckamerus* lignum ejus hodiè in uſu eſſe apud Turcas affirmet (ut ſupra ſcripſi) adeóque ſi illarum regionum nativum non eſt, tamen ibi probe cognitum ſit.

2. Pſeudo-cytiſus *Offic.* hirſutus. *Ger.* Cytiſus hirſutus *J. B.* quartus Hiſpanicus Cluſii *Chab.* Hiſpanicus arboreus *Park.* foliis ſubruffa lanugine hirſutis *C. B.* Staudichter Geiß-Klee mit rauhen Blättern. In Italia & Sicilia invenitur. *Uſu.* Folia.

3. Acacia altera *Offic.* altera trifolia *Ger.* altera *C. B.* ſecunda ſeu altera Dioſcoridis *Park.* Aſphalatus ſecunda trifolia, quæ Acacia ſecunda Matthiolo trifolia *J. B.* ſecunda trifolia, Acacia ſecunda quorundam *Chab.* Cytiſus ſpinoſus *Herm. Cat.* ſpinoſus Acacia dictus *R. H.* Cytiſo-ſpartium aculeatum Acacia trifolia dictum *P. Al.* Einander Egyptiſcher Schoten-Dorn. In Sicilia, Italia, &c. reperitur.

ritur. *Uſu.* Succus. *Vires.* Aſtringit, ſed viribus inferior [eſt quàm vera Acacia] & ocularibus medicamentis utilis. *Dioſc.*

Pag. eadem poſt lin. ult. adde:

## *XIX. De Colutea.*

*Siliquis veſicæ in modum turgidis & velut inflatis ab aliis diſtinguitur.* R. Meth. A. p. 163.

Colutea *Offic. Ger.* veſicaria *C. B.* J. B. *Jonſ. D. Chab.* veſicaria vulgaria *Park.* Falſche Sennet Blätter. Welſche Linſen. Schaf-Linſen. In hortis colitur. Junio & Julio floret. *Uſu.* Folia, Semina. *Vires.* Purgant non ſolùm per inferiora, ſed & vomitiones movent.

## *XX. De Acacia.*

Pag. 510. pro 2da Specie Acaciæ adde:

2. Lycium Indicum *Offic.* Indicum putatum Garciæ *Park.* Garciæ ſive Cate *J. B. Chab.* foliis Ericæ *C. B.* Ericæ foliis, Cate Garciæ *Jonſ. D.* Arbor ſpinoſa in Java, unde Cate *ejuſd.* ſpinoſa, unde Cate ſive Lycium exprimitur B*ont.* Indianiſcher Bux-Dorn. In India Orientali oritur. *Uſu.* Succus inſpiſſatus Cate dictus. *Vires.* Dentes & gingivas corroborat & firmat.

Num Cate B*ontii* & Terra Japonica ſive Catechu una & eadem res ſint, dubium eſt non facilè ſolubile inter eruditos hujus ſeculi. Ex proximitate nominum Cate & Catechu facilè inducor ut credam eandem eſſe. Verum è contrario *Helbigius*, ut in ſuperiore meo libro

bro p.387. monui, diſerte affirmat Catechu ab arbore illa deſumi, cujus fructum Indigenæ cum calce & Betle foliis manducant, quam *Bontius* fidenter affirmat Arecæ ſeu Fauſel fructum eſſe; tanto viro non poſſum non fidem adhibere; præſertim cum conſidero illum eo loci diu vixiſſe. Cúmque tanta obſervetur varietas in colore & pondere Terræ Japonicæ, quamvis ſub eodem nomine omnes huc adferantur, non video cur diverſarum plantarum genimina eſſe non poſſint.

# SECTIO XI.

## De Partibus Stirpium minus cognitarum.

### *II. De Corticibus minus cognitis.*

Pag. 470. poſt lin. 4. adde:

PSeudo-caſſia Dioſcoridis *Jonſ. D.* Canella craſſiore cortice vulgari *ejuſd.* Pſeudocaſſia ſive Cinnamomum vulgare, craſſiore cortice *J. B. Chab.* Cinnamomum ſeu Caſſia craſſior, Pſeudo-caſſia *C. B.* Wilder Cimmet Baum. Caneel Baum. Ex India Orientali tranſportatur.

## *III. De Lignis minus cognitis.*

# De Agallocho ſeu Ligno Aloes.

Pag. 472. poſt. lin. 12. adde:

Reverendus Pater *Camelli* in Syllabo ſuo varia hujus ligni genera adnotavit, quæ ex Appendice eruditiſſimi viri *Joannis Radii* Dendrologiæ huc tranſcribam.

Lignum Aloës *Manilam* Sinæ *de* Cauchinchina defertur triplex.

1. Sokhio, *quod caudicis pars extima eſſe videtur, leve, coloris cinerei, ex nigro virgatum, amarum tantillum, odoratum modicè, non gummoſum.* 2. Thimhio, *eſt* Officinarum, *ſubnigrum ſolidum & ponderoſum, ſtriis & venis interſectum, gummoſum, amarum, valdè odoriferum, aquis innatans. Hiſp.* Calamba. 3. Gilam-hio, *ex cinereo eſt palleſcens, molle ſed odoratum validè.*

Aliud *Kalapà dilatum adſervo*, Thim-hio *magis fuſcum, & magis ponderoſum, & aquæ fundum petens.* Aliud *præterea lignum Sinæ afferunt nigerrimum, odoris modici, quod* Vai-hio *vocant.* Aliud *verò ruffeſcens, odoris præſtantiſſimi*, Chitua *vocant.*

His addi poteſt quod nuper à doctiſſimo viro D. *Jacobo Cunningham* ad ingenioſiſſimum D. *Jacobum Petiver* tranſmiſſum, & ab illo mihi communicatum eſt in his verbis.

De

## De Ligno Calambac & Aloes.

CAlambac *verum cognoſcitur ex ejus odore ſuavi, guſtu amaricante & aromatico, & ex ejus mollitie inſtar Ceræ vel Maſtiches cum dentibus maſticatur, & digitorum unguibus cedit. Bonitatis varii ſunt gradus, unde ejus valor (in Regno* Cochin-Chinenſi *ſive* Annamico, *ubi præcipue ſi non ſolummodò provenit) à* 10 *ad* 50 Tael *& amplius aſcendit pro una libra Anglica. Reſpectu coloris tria ſunt genera*, ſcil. *Coloris varii ſeu nigro-purpurei inſtar capitis Anatis (ſicut comparationem inſtituunt* Annamici. 2°. *Coloris maculati inſtar Tigris,* 3°. *Coloris flavi, velut luteum ovi. Quod ſua ſponte in terram decidit, id plerumque coloris eſt varii & melioris notæ.* Calambac *lingua* Annamica *vocatur* Kenam, *Mercatores* Sinæ Tokienſes Kelam *pronunciant, vocabulum verò* mon *vel* moe *ſignificat Lignum, undè fortè derivatur vox* Calambac. Lignum Aloes *in ejus decocto vel ſucco coctum pro* Calambac *vero à quibuſdam venditur, ſed diutius ſiccatum fragrantiam, mollitiem, &c. amittit.*

Lignum Aloes *ſeu* Agallochum, *quo propius ad* Calambac *accedit, eo melius, plerumque verò durius eſt, & cum maſticatur, quaſi pulvis in ore magis ſiccum eſt, nec adeò pingue, & omnibus aliis qualitatibus debilioribus dignoſcitur. Ejus librauna valet ad* 5 *mas ad* 6 Tael, Lignum Aloes *Luſitanicé* Pao Agula; *Annamicè* Keang *i. e. odorum nominant. Sinæ linguâ Mandarinica hoc* Tchin-hiang, *i. e. odorum pavidum ſeu fundum petens,*

*tens, alterum* Suk-hiang *i. e. odorum pingue vocant.*

*Arbores Ligna hæc producentes diverſi eſſe generis quidam aſſerunt, alii negant; qui aſſerunt, dicunt arborem bacciferam* Do *dictam (cujus ſpecimen habetur in herbario tuo ſicco)* Lignum Aloes *producere, quæ fortè eſt* Arbor baccis rubris à Serapione *memorata: alii dicunt ex variis arboribus fieri* Lignum Aloes: *ab omnibus autem conceditur* Calambac *fieri ex arbore cujus fructus (quem nunc mitto) ferè pyriformis, lanuginoſus, magnitudine Myrobalani citrinæ, cortice craſſo & lignoſo vel fungoſo, bifariàm dehiſcens, totidem ſemina (ſepto medio intercepta) turbinata cum appendicibus membranaceis continet calyci inſidens quinquifido. Fructus pulveriſatus ad ventris tormina inſigne remedium.*

ZOOLO-

# ZOOLOGIA.

## CLASSIS PRIMA,

## *De Animalibus Exanguibus.*

## SECTIO I.

## De Animalibus Exanguibus minoribus, ſeu, de Inſectis,

### Inſecta Apoda:

Pag. 481. poſt lin. ult. adde:

### *III. De Limace.*

A. 1. Limax ruber *Offic. Schrod.* quartus ſubrufus, montanus *Liſt. Hiſt. Animal. Angl. App.* ſubrufus *Ejuſd. H. Conch.* magna Germanis à colore ruffa *Aldrov. Jonſ.* Groſſe rothe Schnecke. In agris reperitur. *Uſu.* Liquor Limacum hoc in modo paratus. Rubri Limaces conciſi miſceantur cum pari pondere ſalis communis conjiciantur que in manicam Hippocratis, ut in

in cella defluant in liquorem. *Vires.* Dolentes partes podagricæ illinuntur, & verrucæ ſcalpello prius abraſæ facilè averruncantur. *S. Cloſſ.* Ani procidentiam tollit. *Schrod.*

A. 2. Limax ater *Offic. Liſt. Geſn.* tertia tota nigra *Ald. Jonſ.* Schwartze Schnecke. *Vires.* Contuſa & applicata Ulcera mirificè leniunt. *Enzelius.*

## *Inſecta pedata non alata.*

## *VII. De Araneo.*

Pag. 483. poſt lin. 15. adde:

A. 2. Araneus niger *Offic. Liſt. H. Animal. Angl.* Schwartze Spinne. In ſylvis, dumetis & paſcuis non infrequens. *Vires.* Inter approbata remedia D. *Matthæi Liſter* Equitis aurati, proavi mei plurimum honorandi, illud invenio, quod ſine invidia communicandum putavi; nimirum aquam ſtillatitiam ex Araneis nigris optimè vulnera ſanare; idque fuiſſe ex ſecretis D. *Gualteri Raleigh*, fortiſſimi viri. *Liſt. Hiſt. prædict.*

Pag. 484. poſt lin. 13. adde:

## *X. De Julo.*

A. Julus *Offic. Mouff. Charlt. Ex. Aldrov. Jonſ. Mer. pin.* Kleiner Vielfuß / Gally-Wurm. Inſecta eſt terreſtris longa, ex annulis multis compacta, multis pedibus arcuatim repens, ſi tangitur in globum ſe complicans. In hortis reperitur. *Vires.* Icteri-

tiæ & Urinæ difficultati confert ex vino potus. *Gharlt.*

## *XI. De Scolopendra.*

A. Scolopendra *Offic.Charlt.Ex.Mouff.Mer.pin.* terreſtris *Aldrov. Jonſ.* Vielfuß/ Ohrwurm. Vermiculus eſt longiſſimus, planus, gracilis, trium digitorum longitudine, coloris ſublutei aut ruffi, pedibus multis utrinque refertus, & antennis binis longiuſculis, caudaque bifida ornatus. *Vires.* In vino cocta pro depilatoria à quibuſdam æſtimantur.

## *XII. De Scolopendra marina.*

A. Scolopendra marina *Offic. Charlt.* marina prima *Rondel. Aldrov. Jonſ.* marina rubicundior *Mouff. Mer. pin.* See-Vielfuß. In profundo maris invenitur *Geſn.* In Oſtrearum areis *Mouffet.* *Vires.* In oleo decocta ſi illinatur, avellit capillos: ſed contactu pruritus facit. *Dioſc.*

# Inſecta Anelytra, ſeu pennis nudis & detectis.

Pag. 487. poſt lin. 3. adde:

## XIV. *De Veſpa.*

A. Veſpa *Offic. Mer. pin. Aldrov. Charlt. Ex. Mouff. Jonſ.* Eine Weſpe. *Uſu* Inſectæ. *Vires.* Obſtructiones renum & veſicæ aperiunt, cal-

calculum frangunt, & à quibuſdam cum Aſellis æſtimantur virtutibus convenire.

## XV. *De Crabrone.*

A. Crabro *Offic. Aldrov. Mer. pin. Jonſ. Mouff. Charlt. Ex.* Eine Hörlitz oder Hörnſen. *Uſu.* Favi. *Vires.* Adverſus Scrofulas equis infunditur. *Charlt.*

## XVI. *De Formica.*

Pag. 487. poſt lin. 14. adde:

A. 2. Formica major *Offic. Aldrov.* Herculanea ἱππομύρμηκες *Charlt. Ex.* alata ἱππομύρμηκες Ariſtoteli *ejusd.* major Ariſtoteli ἱππομύρμηκες *Jonſ.* Roß-Ameiß. *Vires.* Venerem excitat: oleum per infuſionem Podagram & Paralyſin juvat.

In Capite de Gummi Laccæ, *Garciæ* opinionem tradidi, nimirum formatum illud eſſe à magnis quibuſdam formicis alatis: contrarias etiam opiniones retuli; ut eaſdem hic repetere non ſit opus. Verùm an Arbores iſtæ à Formicis prædictis terebrentur, an ab Indica quadam Formica tota ſpecie diverſa, non auſim determinare.

## XXI. *De Eruca.*

Pag. 489. poſt lin. 23. adde:

Pinuum Erucæ à *Dioſcoride* abſque deſcriptione nominantur. Hæ à *Matthiolo* in Pinis Tridentinis frequenter inveniri tradun-

tur: quæ, quantum ex ejus deſcriptione colligere licet, gregariæ ſunt, Sepiariarum nonnullarum adinſtar, quæ telâ amplâ univerſæ ſe includunt.

## Inſecta Coleoptera, ſeu Vagini-pennia.

### XXII. *De Scarabæo.*

Pag. 490. poſt lin. 22. adde:

4. Bupreſtis *Offic. Aldrov. Jonſ. Mouffet. Charlt. Ex.* Ein Qualſter/ grüner ſtinckender Käfer. Ex Cantharidum genere eſſe videtur; ſed oblongiore corpore; elytrum exterius ex viridi flaveſcit, vel potius aurum imitatur. Longiora item crura habet, & craſſicula. Oculi globoſi, prominentes. Ex fronte juxta oculos, duo cornua oblonga articulata gerit. Caput parvum; Os patulum durum robuſtum, forcipatum, dentatum, quo crudeliter vulnerat & mordet. Venter non rotundus, ſed in longum productus. *Vires.* Erodere, ulcerare calorem elicere vim habent. *Dioſc.*

Bupreſtis à *Dioſcoride* memoratur his verbis: *Simili modo vocantur Bupreſtes genera quædam Cantharidum.* Quæ Deſcriptio adeo brevis eſt, ut magnas controverſias excitaverit inter Auctores Zoologicos. Deſcriptio quam hic exhibeo à D. *Pennio* deſumpta eſt, qui affirmat, quod circa Heydelbergam frequen-

quentes inveniantur; ſuntque Capricorni ſpecies. *Plinius* Bupreſtes in Italia frequentes eſſe ſcribit, quas *Matthiolus* Scarabæi parvum genus eſſe ait: *Mouffetus* præter prædictam Bupeſtrin à *Pennio* deſcriptam, 3. aut 4. Scarabæorum ſpecies meminit, quas pro Bupreſtum generibus habet. Nonnulli Araneum parvum rubicundum pro Bupreſti habent, ſed præter rationem. Neque Gryllo-talpæ figura in Anglica editione *Dodonæi* abſque cenſura tranſeunda eſt.

Pag. 491. lin. 6. poſt verbum *Offic.* adde:

Cochenille *Durat.* Coccinilla *Laet.* Cochinele, Coccus radicum *Grew. Muſ. R. S.* Cochinille, ſive Fici Indici grana *Park.* Ficus Indicæ grana *C. B.* Nepalnocheztli, ſen Coccus Indicus in Tunis quibusdam naſcens *Nieremb.* Scaraboolus hæmiſphæricus Cochineelifer *Gaz. Pet. T. 3. fig. 5.* Cochineal *Act. Philoſ. Lond. n. 176. 193.*

Pag. 493. lin. 6. ſubjunge:

Quamvis Cochinilla Officinarum Scarabæi Marien-Würmchen noſtratibus dicti ſpecies ſit; non eſt tamen noſter communis, ut D. *Salmonus* in *Diſpenſatorio* ſuo & *Seplaſiario Londinenſi* erroneè affirmavit. Nam quamvis 8. aut 10 ſpecies Scarabæi illius in Anglia viderim, nullus tamen ex eis compreſſus aut contuſus delicatum illum Cochinillæ colorem præbuit.

In *Actis Philoſoph. Londin. n. 292.* D. *Lewenboeck* microſcopicas quaſdam obſervationes dedit de Cocconilla ad probandum eam animalem ſubſtantiam eſſe non fructum aut excreſcentiam alicujus Plantæ, ut Mercator quidam Amſteredamenſis exiſtimabat. Quod ad argumentum quo utitur ad opinionem ſuam confirmandam, nimirum quòd Inſecta hæc transmutationem non ſubeant, quia in ovis quæ ex eorum corporibus exemit, Animalculum ſex pedibus præditum ſemper obſervaverit; cùm ad contrarium probandum æquè inſervire poſſit hoc argumentum: nam cùm Scarabæorum genus ova ponit, quæ omnia in Hexapoda Animalcula abeunt, quæ in Scarabæos tandem mutantur. His addere liceat, quod ingenioſus ille Rerum naturalium exquiſitor D. *Jac. Petiver* in *Gazophylacio* ſuo *Tab. 1. fig. 5.* Cochiniliæ in omnibus ſuis formis figuras exhibuit: ſcil. *Hexapodis, Aureliæ, & Scarabæi.*

Pag. 394. lin. 17. ſubjunge:

## XXV. *De Blatta.*

A. Blatta *Offic.* fœtida *Mouffet. Charlt. Ex. Aldrov. Jonſ. Inſect. Mer. pin.* Scarabæus impennis tardipes *Gazophylac. Nat. & Art. Tab. 24. fig. 7.* Schabe / Motte / langſam-kriechender Wurm. In cellis vinariis reperitur. *Vires.* Cum oleo decocta aurium dolores inſtillatu mitigant. *Dioſc.*

SECTIO

# SECTIO SECUNDA.

## De Exanguibus majoribus.

## *Exanguia Mollia, ſive Molluſca.*

Pag. 496. lin. 18. ſubjunge:

### *II. De Lepore marino.*

LEpus Marinus *Offic. Charlt. Ex.* marinus primus *Aldrov. Jonſ.* See-Haſe. Maris incola eſt, Loligini parvæ ſimilis eſt deſcribente Dioſcoride. *Vires.* Per ſeſe tritus, aut cum Urtica marina illitus capillos evellit. *Dioſc.*

## APPENDIX.

## *Zoophyta Exanguia Mollia.*

ZOophyta *ſunt, quæ nec animalium, nec plantarum, ſed tertiam ex utroque naturam habent, & ut* Ariſtoteles *loquitur,* τὰ ἐπαμφοτερίζοντα φυτῷ καὶ ζώῳ, *quæ ambigunt inter plantam & animal, quæ Plantanimalia dici poſſunt.* C. B. Pin.

### *III. De Pulmone marino.*

A. Pulmo marinus *Offic. Aldrov. C. B. Jonſ.* See-Lunge. Mari innatat. Colore eſt cryſtalli in modum pellucido, cum cœruleo miſto, ſubſtantia tam fragili, ut vix è mari integer eximi queat. *Vires.* Podagras pernio-

nioneſque emendat Pulmo marinus recens tritus & illitus. *Dioſc.*

## *IV. De Urtica marina.*

*Urtica dicta, quòd admota contrectantis manum pungat.* Plin.

A. Urtica marina *Offic. Aldrov. Charlt. Ex. Jonſ.* marina 5. & 6. Rondeletii *C. B.* Urticæ vel Pulmonis marini ſpecies *Mer. Pin.* See-Neſſel. Aquis innatat æſtuque maris in litore ſæpe rejicitur. Corpora ſunt pellucida rotunda compreſſa gelatinæ in modum cum venis rubris intermixtis. *Vires.* Cum Lepore marino viribus convenit.

## Exanguia Teſtacea.

### *Turbinata.*

## *VIII. De Buccino.*

Pag. 504. lin. 1. poſt verbum [oſtendimus] adde:

Clonia *Offic.* eſt media pars circa quam teſta volumen claviculatim intorquet. *Vires.* Cremata ſimili modo Purpuris Buccinïſque facultatem urendi conſequuntur. *Dioſc.*

### *Bivalvia.*

## *X. De Oſtreo.*

Pag. 505. lin. 29. poſt verbum [eſt] adde:

3. *FOEtus*, i. e. Veſicaria marina *Offic. J. B. Chab. Cat. Angl.* Pila marina velut ex ampullis

pullis conſtans ad ſpumæ ſimilitudinem *C. B.* Ein See-Ball. Hæ æſtu maris in litora ſæpe rejiciuntur. 4. *Teſta petrificata*, i. e. Lapis Oſtracites *Offic.* Oſtracites *Laet. Boet.* maximus rugoſus & aſper *Liſt. H. A. A. Plot. H. Ox. Tab.* 4. *fig.* 19. major craſſiuſculus, vulgari Oſtreo non abſimilis *Lud. Lithog.* Teſtæ ſimilitudinem habet, cruſtoſus & in laminas fiſſilis. In fodinis & glareoſis reperitur.

Pag. 506. lin. 6. junge:

Oſtracite utuntur mulieres pumicis loco ad pilos auferendos. Potus in vino menſes fluentes ſiſtit. A purgatione ſumptus conceptionem prohibet. Ad nomas, & mammarum inflammationes imponitur utiliter. *Dioſc.* Cum floribus Chamæmeli ſumptus Lithontripticum inſigne æſtimatur.

Pag. 508. lin. 9. ſubjunge:

## *XV. De Pectunculo.*

A. Pectunculus *Offic. Charlt. Ex.* vulgaris, albidus, rotundus, circiter 26. ſtriis majuſculis, & planioribus donatus *Liſt. H. A. A.* capite minore, rotundiore, & magis æquali margine *Liſt. H. C.* Concha ſtriata prima *Aldrov.* Eine Muſchel. Paſſim in littore arenoſo magna copia reperiuntur. *Uſu.* Caro in culinis, teſta in Officinis. *Vires.* Caro gratiſſimi ſaporis eſt, tam cruda quam cocta. Ex teſta uſta & in cinerem redacta dentifricia optima conficiuntur.

## XVI. De Tellina.

A. Tellina *Offic. Aldrov. Jonſ. Charlt. Ex.* mari Italici *Bonan.* intùs ex viola purpuraſcens in ambitu ſerrata *Liſt. H. A. A.* ſubfuſca anguſtior intùs purpuraſcens *ejusd. H. C.* Braunlichte kleine Schnecke. In mare capiuntur. *Vires.* Recentes alvo utiles, ſed maximè jus earum. Salitæ uruntur, tritique in cinerem & cum cedria inſtillatæ, avulſos palpebrarum pilos renaſci non patiuntur. *Dioſc.*

## XVII. De Chama.

CHama *Offic. Charlt. Ex.* ab altero tantùm latere ferè naturaliter hiantibus *Liſt. H. C.* Chama, alio nomine Glycymerides magna, hoc eſt, Chama magna dulcis *Bonan.* Chama Glycymeris *Aldrov. Rondel. Jonſ.* Groſſe Muſchel/ Baſtart-Muſchel. In mare Iberico reperitur. *Vires.* Chamarum aliarumque conchularum in exigua aqua decoctarum jus, alvum ciet; id cum vino aſſumitur. *Dioſc.*

## XVIII. De Farragine.

A. Farrago *Offic. Ariſtot.* Auſtralis, Alcyonium ſecundum Dioſcoridis *C. B.* Veſicaria marina nigra, Farrago Ariſtotelis quorundam *J. B. Chab.* Mytilorum aliorúmve teſtaceorum fœtura nobis videtur.

Exan-

## Exanguia Cruſtacea.

Pag. 508. poſt. lin. ult. adde:

### XX. *De Aſtaco marino.*

A. Aſtacus *Offic. Aldrov.* marinus communis *Jonſ.* marinus *Mer. Pin. Charlt. Ex.* See-Krebs / Humber. in mari capiuntur. *Vires.* Caro multum nutrit, undè in Phthiſi commendatur. Cruſta ſeu Teſta cremata in vino pota Renes expurgat, & Calculos frangit.

### XXI. *De Squilla.*

A. Squilla *Offic. Jonſ. Charlt. Ex.* parva *Mer. Pin.* parva Rondeletii *Aldrov.* Garnat/ Garnel/ kleine See-Krebs oder Krabbe. In mari capiuntur. *Vires.* Cum Aſtaco viribus convenit.

Pag. 509. lin. 2. deleatur verbum *marinus* cujus loco lege *Pagurus.*

Pag. 509. lin. ult. junge:

### XXIV. *De Echino Marino.*

A. Echinus marinus *Offic. Mer. Pin. Aldrov. Jonſ.* Ein See-Jgel / Hochel. In alto mari capiuntur. *Vires.* Stomacho ventriq́ue utilis eſt: urinam cit. Hujus teſta cruda inaſſata commodè medicamentis admiſcetur, quæ Pſoras abſtergunt. Crematæ verò cinis ſordida ulcera expurgat, luxuriantem carnem reprimit.

CLAS-

# CLASSIS SECUNDA.

## De Animalibus Sanguineis.

## SECTIO PRIMA.

### De Piſcibus.

### *De Piſcibus Anguilliformibus, ſeu lævibus, lubricis.*

Pag. 512. poſt lin 12. adde:

### I. *De Lampetra.*

*Lampetra figura oris rotunda ſeu ovali, foramine in ſummo roſtro, pinnarumque tum ventralium tum branchialium carentia ab aliis omnibus ſui generis, hoc eſt longis & lubricis piſcibus, facilè diſtinguitur.* R. Icthy. p. 104.

A. Lampetra *Offic. Rondel. Jonſ.* major *Aldrov. R. Icthi. Salvian.* Muſtela ſive Lampetra Bellonii *Geſn.* Eine Lamprete. In fluminibus majoribus, quæ è mari ſubeunt, frequens reperitur. *Uſu.* Caro. *Vires.* Caro venerem ſtimulat, multum nutrit.

*II. De*

## *II. De Serpente marino.*

SErpens marinus *Offic. Aldrov. Geſn. Rondel. Bellon. Salv. Jonſ. Charlt. Ex.* See-Schlange. In mari Mediterraneo reperitur. *Uſu.* Caro. *Vires.* Cum radice Lilii Urinæ incontinentiam juvat. *Plin.*

Pag. eadem poſt lin. 2. adde:

## *IV. De Remora.*

REmora *Offic. Aldrov. Imperat. Charlt. Ex. Jonſ.* Iperuquiba & Piraquiba Braſilienſibus *Margg.* Saugend-Fiſch/Schiff-halter/Schiff-hemmer. In alto mari reperitur. *Vires.* Venerem inhibet, Abortus prohibet, fœtumque ad maturitatem continere creditur. *Aldrov.*

Pag. 513. poſt lin. 3. adde:

## *VI. De Siluro.*

SIlurus *Offic.* Rondeletii *Geſn.* Glanis *Aldrov. Salv.* Wells/ Weller / Scheid / Scheiden. In Danubio flumine, &c. reperitur. *Uſu.* Caro. *Vires.* Recens in cibo nutrit & facilem præbet alvum, ſale verò conditus, minimum ſuppeditat alimentum: arteriam expurgat & vocem expedit. Illita ſaliti caro aculeos & infixa corpori ſpicula extrahit. Muria ejus incipientibus dyſenteriis prodeſt, ſi in deſidentium fotus adjiciatur: fluxiones ſiquidem ad ſumma cutis elicit: iſchiadicis infuſu medetur. *Dioſc.*

Pag. 513. lin. ult. ſubjunge:

## De Piſcibus corpore contractiore vel ſaltem non admodum lubrico, qui pinnis ventralibus carent.

### *VIII. De Hippocampo.*

HIppocampus *Offic. Rondel. Aldrov. Mouffet. Jonſ. Charlt. Ex.* See-Roß. In mari Mediterraneo capiuntur. *Vires.* Cremati cinis exceptus cum Liquida pice, Axungia, ſeu Amaracino Unguento illitus, Alopecias replet. *Dioſc.* Remedium adverſus Canis rabidi morſum, *Ælian.*

### *IX. De Acu.*

ACus *Ariſtot.* ſecunda ſpecies *Rondel.* ſecunda Species Rondeletii *Geſn.* Acus Ariſtotelis *Aldrov. Jonſ.* Typhle, ſive Typhline Antiquorum *Bellon.* Horn-Fiſch / Pfeffer-Fiſch. In mare Adriaticô invenitur. *Vires.* Cinerem in potu ad ſtillicidium urinæ commendat, *Galen.*

## Piſces non aculeati tribus in dorſo pinnis donati.

QUamvis lapides ſeu offiſcula Dentalio in Officinis Pharmacopolarum ſimilia in capitibus Aſini Antiquorum dicti obſerventur, ut,

ut & Aſelli mollis; & ut opinor, in reliquis hujus generis omnibus: verum tamen ſeu genuinum ex Aſello majore deſumitur. Quocirca Synonyma omnia Prioris mei libri p.656. dele, & eorum vice ſubſtitue.

## X. *De Aſello.*

1. A. Aſellus *Offic. Jonſ.* major *Charlt. ex.* major. vulgaris *R. J&h.* Merlucius, Cabeliau *Mer. Pin.* major vulgaris, Belgis Cabeliau. Morhua vulgaris (maxima Aſellorum ſpecies) *Bellon.* Morhua vel Molva altera *Aldrov.* Molva, vel Morhua altera minor *Rondel. Geſn.* Friſcher Cabeliau. Stockfiſch.

A. 2. Oniſcus *Offic.* Aſellus mollis major, ſeu albus *R. Ichby.* mollis *Jonſ. Tab.* 2. *Mer. Pin.* An merlanus *Rondel.* Wheitings. Kleine Rotſcheer. In mari reperitur. *Uſu.* Caro, Jecur. *Vires.* Caro omnes gentes & judicant, & ſentiunt eſſe ſaluberrimum. *Turn.* Jecur in Phthiſi commendatur.

Pag. 514. lin. 19. lege:

*Piſces non aculeati quibus unica in dorſo pinna marini.*

Piſces non aculeati, quibus unica in dorſo pinna, fluviatiles & edentuli.

Pag. 519. poſt. lin. 22. adde:

## XVIII. De Leuciſco.

A. Leuciſcus *Offic. Bellon* Jonſ. *Charlt. ex Al drov. Mer. Pin.* ſecundus *Rondel.* Leuciſci ſeecunda ſpecies Rondeletii *Geſn.* Heutnig. In fluviis reperitur. *Uſu.* Caro in Culinis. Pinguedo & Fel in Officinis. *Vires.* Caro mollis ſuavíſque eſt. Pinguedo aurium doloribus ſuccurrit , & cum Felle ejuſdem permiſta oculorum caliginem abſtergit, *Rondel.*

## XIX. De Rutilo.

A. Rutilus *Offic. R. Icth.* ſive Rubellus fluviatilis *Geſn.* fluviatilis Geſneri *Jonſ.* ſive Rubellus fluviatilis *Charlt. ex.* ſive Rubellus *Mer. Pin.* Phoxinus alter *Rondel.* Une Roſſe *Bellon.* Roth-Federn/Plötze/Roddow. In fluviis frequens eſt. *Uſu.* Caro. *Vires.* Ad venerem excitandam à quibuſdam æſtimatur.

# Piſces non aculeati quibus duæ in dorſo pinnæ eriguntur.

## XX. De Genere Thinino.

*Notæ ſunt , præter pinnas inſigniores pinnulæ aliquot exiguæ propè caudam ſummo dorſo & in corpore innaſcentes.* R. Icth. pag. 176.

A. 1. Thunnus *Offic. Aldrov.* Jonſ. *Charlt. ex* Thynnus, ſeu Thunnus *Bellon. Geſn.* Orcynus *Rondel.* Ein Thunin oder Spanſche Mackrel

ckrel. In alto mari invenitur. *Vires.* Conditanei Thunni caro ſumpta iis auxiliatur, quos vipera, nomine præſter momorderit: ſed oportet vinum quàm plurimum ſubinde cogantur haurire, ita ut vomitione reddatur. Contra Acrimonias eſitatorum maximè valet; canum morſibus utiliſſimè illinitur. *Dioſc.*

A. 2. Scomber *Offic. Rondel. Bellon. Geſn. Aldrov. Charlt. ex.* Jonſ. Scombrus *R. Icthy. icon.* Ein Makrel oder Macarel. Maris incola eſt. *Vires.* In Ictero commendatur. Jecur obſtructiones juvat. *Ælian.*

Pag. 520. poſt lin. 16. adde:

## XXII. *De Gobio.*

A. Gobius niger *Offic.* Bellon. *Rondel.* Jonſ. niger Rondeleti *Aldrov. Geſn.* marinus *Charlt. ex.* marinus fluviatili viridior, & maculis magis reſperſus *Mer. Pin.* Go vel Gobius marinus *R. Icthy. Icon.* Ein Meer Cob. See Quappe. See Aalraup. In rupibus marinis capitur. *Vires.* Aſſus & ſine ſale manſus, Dyſenterias, Lienterias & nimia egerendi deſideria, quæ cum dolore fiunt, ſanat. *Sim. Setb.* Illitus contra ſerpentium canumque morſus auxilio eſt. *Dioſc.*

Piſces ſpinoſi quibus pinnarum dorſalium radii aliqui aculeati ſunt.

§ Piſces aculeati duabus in dorſo pinnis, anteriore autem ſpinis radiata.

Pag. 521. poſt lin. 16. ſubjunge:

## XXV. *De Milvo.*

MIlvus *Offic. Bellon. Salvian. Aldrov.* Jonſ. *Charlt. ex.* Milvago *Plin.* Hirundo *Rondel. Geſn.* Pirabebe prima *Piſon.* ἴερηξ *Oppian.* Ein fliegend Roth-Fiſch. In Oceano, & in mari Mediterraneo plurimi habentur. *Uſu.* Fel. *Vires.* Oculorum caliginem abſtergit.

## *XXVI. De Mullo.*

MUllus O*ffic.* B*ellon.* minor *Salv.* barbatus *Rondel.* barbatus Rondeletii *Geſn. Aldrov.* barbatus minor *Charlt. ex.* Jonſ. Kleine Barbe oder Barme. Roth-Bart. In mari Mediterraneo reperitur. *Uſu.* Caro. *Vires.* Mullorum aſſiduo cibo aciem oculorum hebetari conſtat. Is marini Draconis, Aranei & Scorpionis morſibus medetur, ſi crudus atque diſſectus admoveatur, *Dioſc.*

XXVII.

## *XXVII. De Uranoſcopo.*

Uranoſcopus *Offic. Aldrov. Jonſ. Salv.* ſeu Cœli ſpectator *Charlt. ex.* Callionymus vel Uranoſcopus *Rondel.* vel Uranoſcopus Rondeletii *Geſn.* ἡμεροκοῖτος *Oppian.* Ein Himmelsgucker. Stern-Gucker. In mari Mediterraneo frequens capitur. *Uſu.* Fel. *Vires.* Præſens ad Oculorum ſuffuſiones remedium eſſe æſtimatur.

## XXVIII. *De Dracone Marino.*

A. Draco marinus *Offic. Bellon.* Draco *Jonſ.* marinus & Traſcina *Salv.* ſive Araneus *Plin. Rondel. Geſn.* Araneus *Charlt. ex.* alter *Aldrov.* See-Drache. In Oceano nec non mari Mediterraneo capitur. *Uſu.* Cineres recentes è capite. Oſſa. *Vires.* Recentis è capite cinis, contra omnia venena prodeſſe, affirmat *Rondel.* Oſſibus ſcarificatis gingivis dentium dolores ſedari ſcribit *Plin.*

## XXIX. *De Umbra.*

Umbra *Offic. Salvo Rondel. Geſn.* marina *Aldrov.* Chromis *Bellon. Charlt. ex.* Sciœna ſive Umbra *Jonſ.* Schatten-Fiſch. See-Brachſmen. Mager-Fiſch. In mari Mediterraneo capitur. *Uſu.* Oſſa in capite reperta, Lapides Umbrarum Officinis dicti. *Vires.* Ad dolorem colicum commendantur. In Gallia aurifices argento incluſos vulgo divendere ſolent, ap-

pellantque *Pierres de Colique*, quaſi lapides colicis utiles. Ajunt enim geſtatos ac collo appenſos, non ſolùm colicos dolores abigere, ſed etiam vetare, ne amplius redeat. *Bellon.*

## XXX. *De Coracino.*

CORacinus *Offic. Rondel. Aldrov. Charlt. ex. Jonſ.* Corvinus *Salv.* Corvo *R. Icth. icon.* Rappen. Ein Rab. Cum priore capitur. *Uſu.* Oſſa in capite reperta, Lapides Coracini Officinis dicta. *Vires.* Ad Nephriticum dolorem vel Colicum à vulgo æſtimantur, ab aliis etiam ad morbum regium. *Rondel.*

# Piſces aculeati unica in dorſo pinna, radiis anterioribus ſpinoſis poſterioribus mollibus.

## XXXI. *De Melanuro.*

MElanurus *Offic. Aldrov. Rondel. Bellon. Geſn. Salv. Charlt. ex. Jonſ.* Schwartz-Schwantz. Kuhlbarſch. Ein Brandt-Fuchs. In mari Mediterraneo reperitur. *Vires.* Aſſus viſum acuit, jus verò Colicos ſanat, teſte *Kiranide.*

## *XXXII. De Mæna.*

MÆna *Offic. Rondel. Bellon. Geſn. Aldrov. Charlt. ex. Jonſ.* Houting. Cackarell. In mari Mediterraneo etiam reperitur. *Vires.* Ex capitibus cinis, ſi illinatur, calloſas ſedis rimas abo-

abolet. Ejus etiam garum oris putrilagines collutione ſedat. *Dioſc.*

## XXXIII. *De Smaride.*

SMaris *Offic. Rondel.* Bellon. *Geſn.* Jonſ. *Charlt. ex.* Weiſſer Houting. Weiß Cackarell. Maris Mediterranei incola eſt. *Vires.* Saliti caput exuſtum, excreſcentes ulcerum oras pulvilloſque reprimit, nomas cohibet, thymos clavoſque abſumit. Caro non ſecus ac ſalſamentum prodeſt à Scorpione percuſſis, aut à cane demorſis. *Dioſc.*

## XXXIV. *De Turdo.*

A. Turdus *Offic. Charlt. ex.* ſecundus *Aldrov.* Jonſ. vulgatiſſimus *R. Icth.* primus *Rondel.* Eine Meer-Droſſel oder See-Pfau. In Oceano etiamque mari Mediterraneo reperitur. *Vires.* In Epilepſia & Pleuritide commendat *Trallian.*

A. 2. Merula *Offic. Salv. Rondel. Aldrov.* Jonſ. *Charlt. ex.* Turneri *Mer. Pin.* Turdus niger *R. Icth.* Koch-Fiſch. Meer-Schley. In Oceano reperitur. *Vires.* In curatione Epilepſiæ & dyſenteriæ hepaticæ ex intemperie frigida exhiberi jubet *Trallian.* In diſtemperantia hepatis & in febricitantibus commendat *Plin.*

## XXXV. *De Julide.*

JUlis *Offic. Salv. Rondel. Aldrov. Geſn.* Bellon. Jonſ. *Charlt. ex.* Regenbogen-Fiſch. Jüncferlein. Dorſella,

ſella. Circa Genuam frequens eſt. *Vires.* Ju
alvum emollit, & urinas ciet. *Plin.*

## XXXVI. De Scorpio Marino.

SCorpius marinus *Offic.* Scorpius *Aldrov* *Jonſ. Salv.* major *Rondel. Geſn.* Scorpi *Charlt. ex.* Groſſer Scorp-Fiſch. In mar Mediterraneo reperitur. *Uſu.* Fel. *Vires.* Ad ſuffuſiones oculorum, albuginem & hebetudi nes convenit. *Dioſc.*

## XXXVII. De Aſpredine.

A. Cernua *Offic.* fluviatilis *Bellon. Geſn* *Charlt. ex.* Aſpredo Caii; Aurata fluvi atilis *Trag.* Perca fluviatilis minor *Aldrov. Jon* fluviatilis minor Aurata Tragi *Geſn.* Kulpars Kaulpars, In rivulis majoribus Angliæ. *Uſu* Oſſicula in capite reperta. *Vires.* Adverſu calculos renum; & quæ in coſtis alibívi ſentiuntur dolores pungentes commenda *Geſn.*

# Piſces Cartilaginei.

Bag. 521. lin. ult. ſubjunge:

## § De Cartilagineis planis.

## XXXVIII. De Paſtinaca marina.

A. Paſtinaca *Salv.* marina *Offic. Charlt. ex* marina lævis *Bellon.* marina lævis Bello
n.

nii *Aldrov. Jonſ.* marina prima *Rondel.* Aquila piſcis, ſeu Paſtinaca marina *Mer. Pin.* Ein Veilſtert. Gifft Roche/ Stachel-Roche. In alto mari reperitur. *Uſu.* Jecur, Aculeus qui ejus cauda enatus. *Vires.* Jecur ad pruritum conferre prædicant, in oleo decoctum lichenas & lepras tollit. *Wotton.* Aculeus adverſus ſquamis reflectitur, dentium dolores mitigat, nam eos frangit & evocat. *Dioſc.*

## XXXIX. *De Raia.*

A. Raia *Offic.* clavata *Aldrov. Rondel. Geſn. Mer. Pin. Charlt. ex.* clavata prima *Jonſ.* Ein Roche. In Oceano reperitur. *Uſu.* Caro, Jecur, Fel. *Vires.* Caro Venerem ſtimulat. analeptica eſt. *Jecur* eaſdem vires obtinet *Fel* oculorum caliginem abſtergit, pruritum ſanat.

## XL. *De Squatina.*

A. Squatina *Offic. Aldrov. Salv. Jonſ. Charlt. ex. Rondel. Geſn.* Ein Engel-Fiſch oder Meer-Engel. In Oceano Brittanico & alibi capitur. *Uſu.* Ova, Coria, Cinis. *Vires.* Ova exiccata ad ſiſtenda alvi profluvia multum conferre experientia compertum piſcatorum, qui iis ad omnes alvi fluores utuntur. *Rondel.* Ex cute optimum fit in pſora & ſcabie ſmegma, ejuſdemque cinis contra alopeciam & ulcera capitis manantia prodeſt. *Aldrov.*

## XLI. *De Torpedine.*

TOrpedo *Offic.* R. *Ich. Aldrov. Salv. Rondel. Jonſ. Charlt. ex. Geſn.* Ein Zitterling. Schläfer oder Krampfiſch. In mari mediterraneo reperitur. *Vires.* Diuturnis capitis doloribus admota, cruciatus vehementiam mulcet, eadem appoſita everſam ſedem prociduamque coercet. *Dioſc.*

# De Cartilagineis longis.

## XLII. *De Cane Carcharia.*

A. Canis Carcharias *Offic. Charlt. ex. Geſn.* Carcharius, ſeu Lamia *Rondel.* Canis Ariſtoteli *Aldrov. Jonſ.* Perck-Fiſch. Groſſer Hundt-Fiſch. Tum mari Mediterraneo, tum in Oceano reperitur. *Uſu.* Dentes Serpentes, & dentes ejuſdem petrifacti *Gloſſopetræ* Offic. dicti. *Vires.* Dentes adverſus venena æſtimantur: eos mulierculæ è collis puerorum ſuſpendunt, quoniam dentitionem juvare vulgò creduntur, puerorúmque arcere pavores. *Rondel. Gloſſopetræ* vim alexipharmacam obtinere à quibuſdam creditur.

# De Piſcibus Cetaceis.

Pag. 523. lin. ult. ſubjunge:

## XLV. *De Delphino.*

A. Delphinus *Offic. Aldrov. Rondel. Geſn. Charlt. ex. Jonſ.* Ein Delphin oder Meer-Schwein.

Schwein. In Oceano Britannico & alibi invenitur. *Uſu.* Jecur, Cinis, Venter, Adeps. *Vires.* Venter ſiccus & tritus in potu Spleneticos ſanat. Jecur aſſum & in Cibo ſumptum tertianam, quartanámque & omnem nocturnum typhum integrè ſànare aſſerit *Kiranid.* Cinis inter medicamenta quæ Lichenas & Lepras tollunt, enumeratur à *Plinio.* Adeps medetur Hydropicis liquatus & cum vino potus. *Idem.*

## XLVII. *De Cete.*

Pag. 524. dele vocem *Orca* omniáque ſynonyma in 2. 3. & 4ta lineis ſequentibus, ut ad Sperma Ceti minimè pertinentia & ſequentia adde:

1. A. Cetus *Offic. Cluſ. exot.* Balæna *R. Icth. icon.* Tab. fig. 3. *Jonſ. icon.* Tab. 42 macrocephala bipennis *Sib. Obſ.* Balænarum tertium genus *Purchaſ.* Trompa *Park.*

Præter prædictas duæ aliæ Cetorum ſpecies à D. *Sibbald. E. A.* recenſentur in quorum capitibus *Sperma Ceti* invenitur.

Pag. 526. lin. 5. dele verbum *Cetus Offic.* & in ejus loco ſubſtitue Balæna *Offic.*

Alia præterea aliquot Piſcium ſpecies à D. *Salmon* in *Pharmacopœia* ſua *Londinenſi* memorantur, ut *v. g. Cyprinus latus*, *Alauſa minor*, *Alburnus Liparis Apuæ Corbitæ*, *Aquila marina, aurita*, *Conger*, *Clupea*, *Cuculus*, *Lavaretus*, *Lyra*, *Locha*, *Orbes*, *Paſſer & Rhombus:* quibus cùm

nullæ vires medicæ attribuantur, ſed uſus duntaxat culinares, plura de iis dicere ſuperſedeo nomina ſola ſufficere exiſtimans.

---

# SECTIO II.

## *De Avibus.*

### Aves aquaticæ fiſſipedes maximæ.

Pag. 529. poſt lin. 21. adde:

### Aves aquaticæ fiſſipedes Piſcivoræ.

Pag. 530. poſt. lin. 4. adde:

### *II. De Ardea.*

2\. A Aſterias *Offic.* Ardea ſtellaris *R. Ornith. Geſn. Charlt. ex.* Ardea aſterias ſive ſtellaris *Aldrov. Jonſ.* Taurus *Plin.* Butorius & Botaurus *recentioribus*: Ocnus *Ariſtotel.* Ein ſchöner blauer Reiger. Rohrdommel. Stern-Reiger. Juncetis, arundinaceis, &c. latitat. *Uſu.* Cutis, Plumæ. *Vires.* Uſtæ Hæmorrhagias ſiſtunt.

Pag.

Pag. 530. poſt lin. 22. adde:

## Aves aquaticæ limoſugæ.

### *IV. De Scolopace.*

A. Gallinago *Offic.* Scolopax *R. Ornith. Charlt. ex.* Scolopax ſive Perdix Ruſtica *Aldrov. Jonſ.* Ruſticula, vel Perdix ruſtica major *Geſn.* Ruſticula major *Mer. Pin.* Eine Schnepff. Schnepff-Huhn. Holtz-Schnepffe. In aquoſis gaudet. *Uſu.* Cineres. *Vires.* Lithontriptici æſtimantur.

### *V. De Pluviali.*

GLottis *Offic. Baltn. Geſn.* Limoſa Venetorum *ejuſd.* Pluvialis major *Aldrov.* major Aldrovando *Jonſ. Charlt. ex.* Ein groß Waſſer-Huhn. In aquoſis gaudet. *Uſu.* Fel. *Vires.* Oculorum morbis medetur. Gelatina carnis Analeptica æſtimatur.

## Aves aquaticæ fiſſipedes Inſectivoræ.

### *VI. De Vanello.*

A. Vanellus *Offic. Charlt, ex. Mer. Pin. Jonſ. Geſn.* Capella ſive Vanellus *Aldrov. R. Ornith.* Ein Giwitz. Kiwitz. In aquoſis etiam gaudet. *Uſu.* Cineres, Cor, Cutis. *Vires.* Cineres in vino poti colicos juvant, & in Cataplaſmatis forma applicata, Canis rabidi mor-

morſus ſanant. Cor dolorem lumborum mitigat. Cutis in cephalalgia æſtimatur.

## Aves aquis innatantes fiſſipedes, quibus digiti nullis ad latera membranis augentur.

### VII. De Gallinula.

*Gallinularum notæ characteriſticæ, quibus ab aliis avium generibus diſtinguuntur, ſunt, Caput parvum, Corpus ferè aductum, gracile & ad latera compreſſum: Roſtrum breve & modicè inflexum: Alæ breviuſculæ, concavæ & Gallinaceis ſimiles Cauda perbrevis: Crura longa: Digiti longiſſimi: Volatus breves.* R. Ornith. p. 232.

